- \*\* Foliola subtus subtomentosa, pellucide punctata (epidermide inferiore non crystallophora), inferiora breviter ovata vel subrotunda, superiora obovata (sp. peruviana)
15. *P. subrotunda* Pers.
- bb. Petiolus rhachisque foliorum alata; folia 5-foliolato-pinnata (vel superiora depauperata in *P. imberbi*); rami e teretiusculo vel trigono 5—6-costati, 5—6-sulcati
- $\alpha$ . Capsula longius breviusve stipitata; foliola subtus in nervorum axillis barbata
- $\alpha\alpha$ . Flores minores, pedicellati; petiolus rhachisque anguste alata (sp. mexicana) . . . . . 16. *P. clavigera* Schlecht.
- $\beta\beta$ . Flores majusculi, sessiles; petiolus rhachisque late alata (sp. mexicana) . . . . . 17. *P. sessiliflora* Radlk.
- $\beta$ . Capsula breviter stipitata; foliola subtus in nervorum axillis non barbata (sp. guianensi-brasiliensis) . . . . . 18. *P. imberbis* Radlk.
- B. Capsula ovoidea vel ellipsoidea, sessilis; flores majores, immo maximi (thyrsi densiflori, parte florifera breviuscula, interdum capituliformi; corpus lignosum compositum; folia 5-foliolato-pinnata, petiolo rhachique alata)
- a. Bractee bracteolaeque subulatae (foliorum epidermis inferior non crystallophora; sp. guianensi-novogranatensis) . . . . . 19. *P. leiocarpa* Griseb.
- b. Bractee bracteolaeque late ovatae; flores maximi (sp. novogranatensi-peruviana)
20. *P. eriantha* Benth.

**Sectio II. Diphtherotoechus** Radlk. ll. cc. Capsula exalata, acute triangularis vel triquetra, lanceolata vel obovata, estipitata, varie vestita, saepius setoso-hirsuta, mesocarpio parenchymatico paucinervi, endocarpio tenaci e cellulis sclerenchymaticis elongatis exstructo, capsula sicca inde chartaceo-coriacea (unde nomen:  $\delta\iota\varphi\theta\acute{\epsilon}\rho\alpha$ , corium) vel subcrustacea, reticulato-nervosa (cf. Fig. II); semina breviter ellipsoidea, subtrigona, glabra, arillo dorso fisso usque ad medium obtecta; embryo oleoso-farinosus, cotyledonibus crassis oblique superpositis; flores sat parvi, teneri, sepalis interioribus petaloideis, omnibus liberis; thyrsi solitarii vel paniculatim congesti; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata, petiolo nudo, rhachi saepius alata, stipulis interdum magnis dilatatis lacerato- vel fimbriato-dentatis scariosis; foliola interdum subspinuloso-dentata, in omnibus speciebus fibris sclerenchymaticis brevibus (in *P. stenopetala et interrupta* crebrioribus) prope paginam superiorem instructa, glandulis geniculatis vel malleoliformibus ornata; epidermis non mucigera. (Species brasilienses, 1 guianensis.)



- A. Capsula triquetra, e lanceolato obovata, densius laxiusve setoso-hirsuta; stipulae scariosae, magnae, ovato-lanceolatae vel suborbiculares, saepe lacerato-dentatae; foliorum rhachis alata vel nuda, foliola mucronulato- vel subspinuloso-dentata
- a. Rami undique hirto-tomentosi vel setosi; foliola fibris sclerenchymaticis sat raris instructa; stipulae ovato-lanceolatae . . . . . 21. *P. rubiginosa* Camb.
  - b. Rami in costis tantum setis robustioribus criniti, sulcis glabris; foliola fibris sclerenchymaticis vix ullis instructa; stipulae suborbiculares vel ovatae, fimbriato-dentatae . . . . . 22. *P. stipularis* Benth.
- B. Capsula trigona, ellipsoidea vel subglobosa, tomento brevi longioreve adpresso induta; stipulae minores, lanceolato-subulatae
- a. Rami thyrsigeri pluri-costati; foliola argute serrata, chartacea, fibris sclerenchymaticis raris instructa; capsula tomento subvillosa rufo adpresso induta
    - aa. Foliorum rhachis alata . . . . . 23. *P. seminuda* Radlk.
    - bb. Foliorum rhachis nuda . . . . . 24. *P. castaneifolia* Radlk.
  - b. Rami thyrsigeri teretiuseuli; foliola remote obtuso-dentata vel subintegerrima, coriacea, fibris sclerenchymaticis crebrioribus instructa
    - aa. Foliola praesertim apice paucidentata, in acumen obtusum protracta; thyrsi dense cincinnigeri; capsula lanceolata, adpresse canescenti-tomentella (sp. guianensis) . . . . . 25. *P. stenopetala* Sagot.
    - bb. Foliola subintegerrima, acuta; thyrsi interrupte cincinnigeri; capsula depresso trigona, ferrugineo-tomentosa . . . . . 26. *P. interrupta* Benth.

**Sectio III. Pleurotoechus** Radlk. ll. cc. Capsula exalata, globosa, ellipsoidea vel ovoidea, saepius stipitata, pube varie induta vel glabra, mesocarpio parenchymatico paucinervi, endocarpio minus tenaci, capsula sicca inde crustacea, fragilis, reticulato-venosa et nervis valvarum marginalibus vel medianis quoque magis prosilientibus longitudinaliter tri—sex-costata (unde sectionis nomen; cf. Fig. III); semina e subtrigono ovoidea, obovoidea, vel subglobosa, glabra, arillo dorso plus minus fixo basi tantum (*P. Cupana*) vel usque ad medium, rarius altius (*P. parvibractea*, *rugosa*, *subcordata*, *ferruginea*) vel vix ullo (*P. Sonorensis*) obtecta; embryo nunc oleosus tumque cotyledonibus (interiore certe) tenuioribus et ut illae *Serjaniarum* plicato-curvatis (*P. tomentosa* etc., cf. conspectum sub A et B, a), nunc oleoso-farinosus, cotyledonibus crassis parum curvatis et oblique superpositis (*P. connaracea* et illae in conspectu sub B, b enumeratae); flores minores vel robustiores, sepalis teneris vel subcoriaceis tumque (praesertim interioribus) tomentellis, omnibus liberis vel 3. et 5. basi vel infra medium connatis (*P. connaracea*); thyrsi solitarii vel paniculatim congesti; corpus lignosum simplex; folia in una (*P. urvilleoides*) ternata, in plurimis 5-foliolato-pinnata, in paucis biternata (*P. lachnocarpa*, *jamaicensis*, *costaricensis*), petiolo raro, rhachi interdum alata, stipulis in nonnullis insignioribus; foliola plerumque glandulis curvatis vel geniculatis, in nonnullis (*P. laeta*, *bidentata*, *subauriculata*) glandulis depressis flabelliformibus vel (in *P. connaracea*) subscutatis subimmersis ornata, in pluribus fibris sclerenchymaticis brevibus prope paginam superiorem (partim inter staurenchymatis cellulas protrusis) instructa (cfr. sp. n. 33—35: *P. bidentata*, *subauriculata*, *connaracea* et sp. n. 39—47 in conspectu sub B, b enumeratae); epidermis in aliis mucigera (cf. conspectum sub A et B, a), in aliis non mucigera (cf. conspectum sub B, b), paginae inferioris in sola *P. fusiformi* crystallophora. (Species plurimae brasilienses vel certe Americae meridionalis continentalis incolae, una antillana, paucae centroamericanae vel mexicanae.)

- A. Capsula sessilis vel subsessilis (tomentosa; foliorum epidermis mucigera)
- a. Folia 5-foliolato-pinnata, tomentosa (foliola dentata, rhachis alata; flores minores; embryo oleosus cotyledone interiore transversim plicata; species mexicana) 27. *P. tomentosa* Jacq.
- b. Folia biternata, glabra (foliola subintegerrima, rhachis nuda; flores majores; sp. ecuadorensis) . . . . . 28. *P. lachnocarpa* Benth.
- B. Capsula stipitata
- a. Cotyledones (interior certe, excepta *P. connaracea*) plicato-curvatae, oleo, vix amylo (nisi in *P. connaracea*) foetae; capsula subglabrata, excepta *P. costata* et *Sonorensi* (in *P. urvilleoidi* et *P. laeta* e germine aucto tantum, in *P. bidentata* et *P. subauriculata* omnino non nota); flores minores, excepta *P. laeta* et *P. subauriculata*; rami subteretes, lenticelloso-striati; folia glabra vel pube tenera induta (epidermide mucigera)
- aa. Folia ternata (illa *Urvilleae glabrae* in mentem revocantia, sed impunctata et reti utriculorum laticiferorum fusco subtus notata, stipulis majoribus falcatis instructa; flores flavidi; sepala petaloidea petalaeque utriculis laticiferis fuscis striata; species brasiliensis) 29. *P. urvilleoides* Radlk.
- bb. Folia 5-foliolato-pinnata (interdum depauperata, ternata — in *P. costata*)
- a. Foliola nervis lateralibus arcuato-adscendentibus
- aa. Petiolus nudus, rhachis nuda vel marginata
- \* Foliola oblique clathrato-venosa; capsula breviter tomentosa, sexcostata (sp. mexicana) 30. *P. costata* Schlecht. & Ch.
- \*\* Foliola transversim venosa; capsula glabra, valvarum costa mediana evanida tricostata (sp. guatemalensis) 31. *P. scarlatina* Radlk.
- ββ. Petiolus marginatus vel uti rhachis alatus; foliola reticulato-venosa, glandulis deflexo-adpressis complanatis apice plerumque flabellato-4-cellularibus ornata (sp. peruviana)
- \* Petiolus alatus, foliola pellucido-punctata, subintegerrima 32. *P. laeta* Radlk.
- \*\* Petiolus marginatus, foliola impunctata, fibris sclerenchymaticis brevibus instructa
- † Foliola lanceolata, inferiora basi bidentata 33. *P. bidentata* Radlk.
- †† Foliola elliptica, inferiora basi subauriculato-bidentata 34. *P. subauriculata* Radlk.
- β. Foliola nervis lateralibus patentissimis, glandulis subscutatis subimmersis instructa; petiolus rhachisque marginata (sp. novogranatensis) 35. *P. connaracea* Tr. & Pl.
- cc. Folia biternata, rarius depauperata (rhachi marginato-alata)
- a. Foliola serrato-dentata, subtus glabra, punctis lineolisque pellucidis conspicuis sat crebris; filamenta glabra (sp. antillana) 36. *P. jamaicensis* Macf.
- β. Foliola subincise lobato-dentata, subtus (saepius dense) pubescentia, punctis pellucidis nullis vel parvis tantum; filamenta pilosa (sp. centroamericana) . . . . . 37. *P. costaricensis* Radlk.
- dd. Folia (foliolis parvis subcentimetalibus) varie composita, inferiora ternata vel trisecta tantum, superiora 5-foliolato-pinnata, summa transeuntia in biternata vel interdum plane biternata; rami leviter sulcato-costati, praesertim in costis cano-puberuli (sp. mexicana, fruticulum parvum squarrosus cirris subscandentem tantum exhibens) . . . 38. *P. Sonorensis* Wats.



- b. Cotyledones parum curvatae, amylierae; capsula tomentosa, excepta *P. Cupana* (in *P. scabra* et *latifolia* ignota); flores plerumque majores; rami angulati vel costati (in *P. ferruginea* subteretes); folia 5-foliolato-pinnata, petiolo rhachique nudis, plerumque scabriuscula vel hirtella, fibris sclerenchymaticis (in *P. fusiformi* raris) prope paginam superiorem instructa (epidermis non mucigera, paginae inferioris in *P. fusiformi* crystallophora; sp. brasilienses, una — *P. stellata* — guianensis)
- aa. Folia subglabra, subtus glandulis scabriuscula; stipulae parvae subulatae; bracteae parvae; flores majores; capsula glabra 39. *P. Cupana* Kunth.
- bb. Folia subtus puberula; stipulae majores, oblongae; bracteae parvae; flores mediocres; capsula — ?
- a. Foliola supra medium grosse dentata; cincinni stipitati, elongati 40. *P. scabra* Benth.
- β. Foliola inferiora subintegerrima, superiora apice obsolete dentata, acuminata; cincinni subsessiles, contracti 41. *P. latifolia* Benth.
- cc. Folia subtus hirtello-tomentella; capsula tomento brevi interdum hirtello induta
- a. Flores majores; capsula breviter stipitata, stipite quam pars seminifera brevior; semina subglobosa, testa spadicea, arillo cupulari dorso depresso, vix fisso; foliola clathrato-venosa
- aa. Bracteae parvae, subulatae
- \* Stipulae parvae, deltoideae, subintegrae (cincinni sessiles contracti) . . . . . 42. *P. parvibractea* Radlk.
- \*\* Stipulae mediocres, suborbiculares, stellato-incisae (cincinni substipitati, elongati; sp. guianensis) 43. *P. stellata* Radlk.
- ββ. Bracteae majores, oblongae, concavae, sepalis conformes
- \* Stipulae conspicuae, suborbiculares, stellato-incisae (cincinni sessiles, contracti; foliola ovata) 44. *P. rugosa* Benth.
- \*\* Stipulae majores, obovato-ellipticae, apicem versus lacerato-incisae (cincinni sessiles, contracti; foliola elliptica) 45. *P. subcordata* Benth.
- β. Flores minores; capsula plerumque longius stipitata, stipite partem seminiferam subaequante; semina subglobosa vel ellipsoidea, testa atro-fusca, arillo dorso fisso subbilobo; bracteae minimae; foliola reticulato-venosa, subtus dense sufferugineo-pubescentia; stipulae parvae, subulatae
- aa. Capsulae pars seminifera ellipsoideo-globosa; arillus semen aequans; rami teretiusculi; foliola supra sublaevigata, intus fibris crebris instructa . . . . . 46. *P. ferruginea* Casar.
- ββ. Capsulae pars seminifera fusiformis; arillus quam semen dimidio brevior; rami costati; foliola supra quoque reticulata, intus fibris raris instructa, epidermide inferiore crystallophora 47. *P. fusiformis* Radlk.

**Sectio IV. Pachytoechus** Radlk. ll. cc. Capsula exalata, ovata vel subglobosa, longe stipitata, glabra vel tomento brevissimo adpresso induta, mesocarpio parenchymatico crasso paucinervi, endocarpio sat crasso sed minus tenaci, capsula sicca inde plerumque crassius crustacea (unde sectionis nomen), attamen sat fragilis, reticulato-venosa, longitudinaliter leviuscule 6-costata (in 2 speciebus — *P. linearis* et *platymisca* — ignota); semina ovoidea vel e trigono depresso globosa vel hemisphaerica, fere tota arillosa, arilli marginibus dorso

valde approximatis (*P. pterophylla*, *marginata*, *grandifolia*, *ingaefolia*, *pachycarpa*, *xestophylla*, *venosa*) vel supra testae areolam et ipsam strato arilloso tenui obtectam plicatim conniventibus et contiguis (*P. carpopodea*); embryo oleosus vel oleoso-farinosus, cotyledonibus crassis, parum curvatis, superpositis (cf. Fig. IV); flores sat robusti, sepalis subcoriaceis, 3. et 5. usque ad medium vel altius (in *P. pterophylla* interdum — forsitan in *P. xestophylla* quoque — basi tantum) connatis; thyrsi solitarii vel paniculatim congesti; corpus lignosum simplex; folia imparipinnata, raro bijuga (*P. platymisca*, *xestophylla*, *venosa*), plerumque 3-(4)-juga, tumque jugo infimo plerumque (excepta *P. pterophylla*) utrinque ternato, rarissime depauperato (*P. marginata*, *carpopodea*), petiolo rhachique saepius insigniter alatis, stipulis plerumque conspicuis; foliola nunc (in sp. 48—51) glandulis malleoliformibus, nunc glandulis subscutatis immersis tumque prope paginam superiorem fibris sclerenchymaticis instructa (sp. 52—56); epidermis non mucigera. (Species plures brasilienses, 2 guianensi-brasilienses — *P. ingaefolia*, *venosa* —, 1 peruviana — *P. linearis* — 1 a Peruvia per Novo-Granatam usque ad Nicaraguam divulgata — *P. pterophylla*).

A. Foliola glandulis stipitatis malleoliformibus obsita, fibris sclerenchymaticis prope paginam superiorem nullis

a. Folia pinnatim composita, 3—4-juga, rarius bijuga, foliola dentata; capsula tomentella; sp. nicaraguensi-novogranatensi-peruviana) 48. *P. pterophylla* Tr. & Pl.

b. Folia pinnatim decomposita (subbipinnata), 3—6-juga, jugo infimo utrinque ternato (in *P. marginata* haud raro depauperato simplici), foliola integerrima

aa. Folia 5—6-juga, foliola anguste linearia, impunctata (fructus ignotus; sp. peruviana) . . . . . 49. *P. linearis* Radlk.

bb. Folia 3—4-juga, pellucide punctata et lineolata; capsula glabra

α. Foliola lanceolata vel lineari-lanceolata, nervis lateralibus patentissimis numerosis instructa, petiolis rhacheosque segmentis alato-marginatis . . . . . 50. *P. marginata* Casar.

β. Foliola elliptico-lanceolata, nervis lateralibus curvatis paucis instructa, glabra vel varie tecta, petiolis rhacheosque segmentis nunc alato-marginatis, nunc petiolis, nunc segmentis inferioribus vel omnibus nudis  
51. *P. carpopodea* Camb.

B. Foliola glandulis immersis scutatis ornata, fibris sclerenchymaticis prope paginam superiorem (in *P. xestophylla* et *venosa* raris) instructa

a. Folia 3-juga, jugo infimo utrinque ternato; capsula tomentella

aa. Rhachis foliorum nuda vel vix apice marginata; cincinni stipitati  
52. *P. grandifolia* Benth.

bb. Rhachis foliorum alata; cincinni sessiles (sp. guianensi-brasiliensis)  
53. *P. ingaefolia* Rich. ed Juss.

cc. Rhachis foliorum petiolusque alatus . . . . . 54. *P. pachycarpa* Benth.

b. Folia 2-juga

aa. Rhachis foliorum petiolusque late, immo latissime alatus (fructus ignotus)  
55. *P. platymisca* Radlk.

bb. Rhachis foliorum petiolusque nudus

α. Capsula tomentosa; foliola reticulato-venosa, integerrima  
56. *P. xestophylla* Radlk.

β. Capsula glabra; foliola arete reticulato-venosa, basi lateralia plerumque dente uno alterove obsoleto calloso notata (sp. guianensi-brasiliensis) . . . . . 57. *P. venosa* Radlk.



**Sectio V. Enourea** Radlk. II. cc. (Genus E. Aubl., cf. Lit. generis). Capsula exalata, ex obovato globosa vel depresso globosa, subsessilis, pube vel tomento brevi adpresso induta, denique plus minus glabrata, epicarpio crasso, e cellularum sclerenchymaticarum stratis pluribus exstructo, mesocarpio et endocarpio ut in sectione III, capsula sicca firmius crustacea, superficie laevigata enervi et ecostata (in speciebus 4 — *P. conduplicata*, *faginea*, *curviuspis*, *elongata* — capsula ignota); semina globosa, quasi tota arillosa, arillo non nisi imo dorso rima obscura micropylum spectante fisso (cf. Fig. V); embryo oleoso-farinosus; flores sat robusti, sepalis subcoriaceis cano-tomentellis, 3. et 5. fere usque ad extimum apicem connatis; thysi solitarii vel paniculatim congesti; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata, petiolo nunquam, rhachi vix unquam alata, stipulis plerumque parvis; foliola transversim vel oblique clathrato-venosa, glandulis curvatis (in *P. conduplicata* partim malleiformibus) ornata; epidermis mucigera. (Species praeter 2 peruvianas omnes Americae meridionalis cisaequatorialis continentalis incolae.)

- A. Foliorum rhachis alata vel marginata (spec. venezuelano-guianensis)
  - 58. *P. sphaerocarpa* Rich. ed. Juss.
- B. Foliorum rhachis nuda
  - a. Foliola utrinque glabra
    - aa. Rami flavescenti-hirtelli, foliola coriacea (sp. guianensis)
      - 59. *P. conduplicata* Radlk.
    - bb. Rami ferrugineo-tomentelli
      - a. Foliola rigide coriacea, oblonga, subintegerrima, anguste transversim venosa; flores majores (sp. brasiliensis) . . . 60. *P. firma* Radlk.
      - β. Foliola chartacea, (inferiora) ovata, laxius transversim venosa; flores mediocres (sp. venezuelano-guianensi-brasiliensis)
        - 61. *P. capreolata* Radlk.
      - γ. Foliola submembranacea, ovalia, supra medium crenato-dentata, oblique clathrato-venosa; flores minores (sp. novogranatensis)
        - 62. *P. faginea* Tr. & Pl.
    - cc. Rami sordide pulverulento-puberuli; foliola subchartacea, lanceolata, cuspidato-acuminata, transversim venosa; flores mediocres (sp. peruviana)
      - 63. *P. curviuspis* Radlk.
  - b. Foliola subtus pubescentia (oblique clathrato-venosa)
    - aa. Rami sordide velutino-tomentelli; foliola elliptica, subintegerrima; flores mediocres (sp. brasiliensis) . . . . . 64. *P. clathrata* Radlk.
    - bb. Rami tomento sufferrugineo hirtello induti; foliola lanceolata, serrato-dentata; flores majores (sp. peruviana) . . . . . 65. *P. elongata* Radlk.

**Sectio VI. Castanella** Radlk. II. cc. (Genus C. Spruce; cf. Lit. generis). Capsula exalata, subglobosa, stipitata vel subsessilis, spinis sat longis flexibilibus vel rigidiusculis echinata (cf. Fig. VI), glabra, mesocarpio (et endocarpio) parenchymatico paucinervi, nervis spinas ingredientibus (cf. sect. IX), capsula sicca crustacea; semina e trigono tumide ellipsoidea, glabra, arillo dorso fisso usque ad medium vel ultra obtecta; embryo oleoso-farinosus, cotyledonibus crassis, parum curvatis, rima subtransversali superpositis; flores sat teneri, sepalis vix coriaceis tomentellis, 3. et 5. omnino connatis; thysi solitarii vel paniculatim congesti; corpus lignosum simplex; folia ternata, petiolo nudo, stipulis minimis triangularibus; foliola arete reticulato- vel subelathrato-venosa, praeter dentem unum alterumve basilarem callosum integerrima, impunctata, glandulis microscopicis flabelliformibus subimmersis

ornata, prope paginam superiorem fibris sclerenchymaticis (in *P. riparia* parcis) instructa; epidermis mucigera. (Species in Americae subaequatorialis parte occidentali indigenae.)

- A. Capsula spinis longis (capsulae diametrum subaequantibus) dense echinata, mesocarpio compacto  
 a. Capsula conspicue stipitata; foliola longius acuminata, reticulato-venosa (sp. brasiliensis) . . . . . 66. *P. paullinioides* Radlk.  
 b. Capsula subsessilis; foliola breviter acuminata, subclathrato-venosa (sp. novogranatensis) . . . . . 67. *P. granatensis* Radlk.  
 B. Capsula spinis brevioribus laxe echinata, mesocarpio spongioso; foliola (ut in *P. granatensis*) breviter acuminata, subclathrato-venosa (sp. peruviana) 68. *P. riparia* Radlk.

**Sectio VII. Xyloptilon** Radlk. ll. cc. Capsula tricarinato-alata vel apice divaricato-trialata, longius breviusve cuneata vel clavata, basi in stipitem breviorē attenuata (cf. Fig. VII), pube brevi induta, mesocarpio (alisque) nervorum multitudine fibroso, capsula sicca inde sublignosa alaeque crassae lignoso-rigidae, endocarpii sclerenchymate alas non ingrediente; semina e trigono obovata, pilosa vel glabra, arillo dorso fisso usque ad medium obtecta; embryo (junior) oleosus; flores sat robusti, sepalis subcoriaceis, omnibus liberis vel 3. et 5. (in *P. venezuelana*) basi vel fere usque ad medium connatis; thyrsi solitarii vel paniculatum congesti; corpus lignosum simplex; folia ternata vel 5-foliolato-pinnata, petiolo rhachique nudis; foliola glandulis curvatis, in 1 specie (*P. venezuelana*) malleoliformibus ornata; epidermis non mucigera. (Species Americae meridionalis continentalis cisaequatorialis incolae.)

- A. Fructus carinatus  
 a. Folia ternata (capsula ex oblongo cuneata, alis angustis vel carinis potius per totam fere capsulae longitudinem decurrentibus; sp. novogranatensis) . . . . . 69. *P. turbacensis* Kunth.  
 b. Folia 5-foliolato-pinnata (capsula per totam longitudinem tricarinata; sp. venezuelana) . . . . . 70. *P. venezuelana* Radlk.  
 B. Fructus alatus; folia 5-foliolato-pinnata (capsula ex obovato breviter clavata vel pyriformis, alis e superiore capsulae parte emergentibus, late patentibus, corniformibus; sp. guianensis) . . . . . 71. *P. tricornis* Radlk.

**Sectio VIII. Neuroptilon** Radlk. ll. cc. Capsula apice trialata, ellipsoidea vel pyriformis, brevius longiusve stipitata (cf. Fig. VIII), glabrata, mesocarpio (alisque) nervorum multitudine fibroso, capsula sicca inde sublignosa, alis crassiusculis striato-nervosis cartilagineo-flexilibus divaricatis, endocarpii sclerenchymate alas non ingrediente; semina ovoidea, glabra, arillo dorso fisso usque ad medium obtecta; embryo oleoso-farinosus, cotyledonibus crassis oblique superpositis; flores sat robusti, sepalis subcoriaceis, 3. et 5. fere usque ad apicem connatis; thyrsi solitarii vel paniculatum congesti; corpus lignosum simplex; folia ternata vel 5-foliolato-pinnata, petiolo rhachique nudis, stipulis insignibus subulatis; foliola prominule reticulato-venosa, glandulis malleoliformibus ornata; epidermis mucigera. (Species antillanae.)

- A. Folia ternata . . . . . 72. *P. neuroptera* Radlk.  
 B. Folia 5-foliolato-pinnata . . . . . 73. *P. Vespertilio* Sw.

**Sectio IX. Cryptoptilon** Radlk. ll. cc. Capsula anguste trialata, subglobosa, estipitata, inter alas undique plicato-verrucosa, verrucis altitudine alas subaequantibus indeque occultantibus (cf. Fig. IX), mesocarpio parenchymatico paucinervi, nervis verrucas ingredientibus



(cf. sect. VI), endocarpio alas non ingrediente; semina —?; flores robusti, sepalis coriaceis, 3. et 5. fere usque ad apicem connatis; thyrsi solitarii; corpus lignosum simplex; folia ternata, petiolo nudo; foliola glandulis malleoliformibus ornata; epidermis mucigera. (Species guianensis.)

Species sola . . . . . 74. *P. verrucosa* Radlk.

**Sectio X. Anisoptilon** Radlk. ll. cc. Capsula inaequaliter trialata, obcordata, longius breviusve stipitata (cf. Fig. X), laevis, rufo-tomentosa, mesocarpio parenchymatico, endocarpio alas (in 2 certe speciebus — tertiae fructus ignotus) inaequales (una reliquis majore) non ingrediente; semina —?; flores sat robusti, sepalis subcoriaceis, 3. et 5. usque ad apicem connatis; thyrsi solitarii vel paniculatim congesti; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata, petiolo rhachique nudis, stipulis parvis subulatis; foliola glandulis helicoidis accumbentibus ornata; epidermis mucigera. (Species 1 brasiliensis — *P. livescens* —, reliquae guianenses.)

A. Foliola lanceolata, serrato- vel repando-dentata

a. Foliola discoloria, supra livida, subtus ferruginea, margine revoluta, serrato-dentata (sp. brasiliensis) . . . . . 75. *P. livescens* Radlk.

b. Foliola concoloria, rufo-fusca, margine plana, repando-dentata

76. *P. anisoptera* Turcz.

B. Foliola ex elliptico late ovata, dentibus obsoletis subintegerrima (concoloria, rufo-fusca, margine plana; fructus ignotus) . . . . . 77 (?) *P. fibulata* Rich. ed. Juss.

**Sectio XI. Isoptilon** Radlk. ll. cc. Capsula trialata, pyriformis, longius breviusve stipitata (cf. Fig. XI), laevis, glabra vel tomentosa, mesocarpio parenchymatico, endocarpio alas non ingrediente; semina ovoidea, glabra, arillo dorso emarginato-fisso basi vel usque ad medium obtecta; embryo oleoso-farinosus, cotyledonibus crassis, parum curvatis, rima subhorizontali vel obliqua superpositis; flores in 1 specie (*P. Cambessedesii*) robusti, in reliquis parvi et teneri, sepalis 5 liberis; thyrsi in 1 specie (*P. Cambessedesii*) saepius bini ternive aggregati, in reliquis solitarii vel paniculatim congesti; corpus lignosum simplex; folia ternata vel 5-foliolato-pinnata, petiolo rhachique nudis; foliola pilis basi lateraliter affixis subsaccatis induta, glandulis curvatis obsita, in 1 specie (*P. Cambessedesii*) fibris sclerenchymaticis prope paginam superiorem instructa; epidermis non mucigera. (Species 1 antillana, reliquae guianenses.)

A. Folia ternata (thyrsi bini ternive aggregati; flores robusti; capsula apice anguste trialata, tomentosa) . . . . . 78. *P. Cambessedesii* Tr. & Pl.

B. Folia 5-foliolato-pinnata (thyrsi solitarii; flores parvi, teneri; capsula infra apicem trialata, glabra)

a. Folia subtus (ramique et sepala) subsericeo-tomentosa, denique decalvata; capsula breviter stipitata, alis per totam valvarum dorsum decurrentibus

79. *P. rufescens* Rich. ed. Juss.

b. Folia glabriuscula (rami et sepala pube brevissima adspersa); capsula sat longe stipitata, alis e medio valvarum dorso emergentibus, nec apicem nec basin attingentibus (sp. antillana) . . . . . 80. *P. microsepala* Radlk.

**Sectio XII. Caloptilon** Radlk. ll. cc. Capsula insigniter, interdum latissime trialata, ex obovato vel obcordato attenuata, rarius ovalis, suborbicularis vel transversim elliptica, stipitata vel estipitata (cf. Fig. XII A, B), glabra vel tomentosa, mesocarpio parenchymatico,

endocarpii sclerenchymate alas plus minus ingrediente, sed non vel vix paullulum bipartibili, alis igitur nunquam evanescentibus; semina e trigono ellipsoidea, haud raro pilosiuscula, arillo dorso fisso usque ad medium oblecta; embryo oleoso-farinosus, cotyledonibus crassis, plerumque parum curvatis, rima subtransversali superpositis; flores teneri, sepalis membranaceis, interioribus petaloideis, omnibus liberis; thyrsi haud raro glomeratim vel fasciculatim aggregati; corpus lignosum in nonnullis compositum e centrali majore et periphericis plerumque 3 (*P. trilatera*, *monogyna*, *hymenobractea*) rarius 1 (*P. mallophylla*); folia raro ternata (*P. ternata*, *monogyna*), in nonnullis biternata (*P. enneaphylla*, *fuscescens*, *barbadensis*, *selenoptera*), plerumque 5-foliolato-pinnata vel subbipinnata, in 1 tantum specie (*P. australis*, dubitanter huc relata) supradecomposita, petiolo nudo, rhachi in nonnullis subalata, stipulis interdum magnis dilatatis scariosis vel foliaceis; foliola glandulis plerumque curvatis vel geniculatis ornata; epidermis in paucis (quae sunt *P. fuscescens*, *barbadensis*, *monogyna*, *hymenobractea*, *triptera*) mucigera, in plurimis non mucigera. (Species per totam generis ditionem dispersae. Nonnullae — *P. mallophylla*, *hymenobractea* et *australis* — ob fructum ignotum non nisi plus minus dubitanter hic insertae; *P. giganteae* et *P. tenerae* fructus e descriptione incompleta tantum noti.)

A. Capsulae alae angustiores, basi angustatae

a. Corpus lignosum compositum; thyrsi ad foliorum axillas glomeratim congesti; foliorum rhachis submarginata

aa. Folia 5-foliolato-pinnata (caulis exacte et acute triangularis, ad angulos breviter jubato-pilosus; capsula longius stipitata; semen pilosum; sp. brasiliensis) . . . . . 81. *P. trilatera* Radlk.

bb. Folia trijuga, jugo infimo ternato (fructus ignotus; sp. centroamericana) . . . . . 82. *P. mallophylla* Radlk.

b. Corpus lignosum simplex

aa. Thyrsi glomeratim vel (pauciores) fasciculatim congesti

a. Capsula estipitata vel subestipitata

aa. Folia ternata (thyrsi ad nodos vetustos mediocres, capsula subestipitata; semen glabrum; sp. brasiliensis)

83. *P. ternata* Radlk.

ββ. Folia subbipinnata, 3—5-juga, jugo infimo 5-foliolato-pinnato vel ternato (in *P. apoda* partim depauperato simplici; thyrsi perbreves ad nodos vetustos vel ad foliorum axillas quoque)

\* Stipulae parvulae; foliorum rhachis superne marginato-alata; capsula ellipsoidea vel breviter obovoidea

† Glabra; foliola ovata, subintegerrima (semen pilosum; sp. venezuelana) . . . . . 84. *P. cauliflora* Jacq.

†† Hirtella; foliola lanceolata, acuminata, serratodentata (semen pilosum; sp. venezuelano-panamensimexicana) . . . . . 85. *P. glomerulosa* Radlk.

††† Setosa; foliola lineari-lanceolata (semen glabrum? sp. peruviana) . . . . . 86. *P. tenera* Poepp.

\*\* Stipulae maximae, scariosae; foliorum rhachis nuda; capsula cuneata (foliola oblonga vel elliptica; semen glabrum; sp. novogranatensis) . . . . . 87. *P. apoda* Radlk.

β. Capsula stipitata; folia subbipinnata, rhachi superne marginato-alata

aa. Thyrsi breves, ad nodos defoliatos glomerati (glabra; stipulae falcatae, reflexae; folia 3—5-juga, jugo infimo ternato; semen pilosum; sp. peruviana) . . . . . 88. *P. fistulosa* Radlk.



*ββ.* Thyrsi longiores, subterni ad foliorum axillas fasciculati

- \* Glabra; stipulae majusculae, elliptico-lanceolatae, scariosae; folia 3-juga, jugo infimo ternato; semen pilosum (sp. guianensi-caribaea) . . . . . 89. *P. tetragona* Aubl.
  - \*\* Hispida; stipulae maximae, ex ovato lanceolatae, scariosae; folia 4—6-juga, jugo infimo pinnato; semen glabrum (?) (sp. venezuelano-novogranatensis) 90. *P. hispida* Jacq.
- bb. Thyrsi axillares solitarii et in caule vetustiore bini ternive fasciculatim congesti; folia subbipinnata, 3—4-juga, rhachi alata; capsula stipitata; semen glabrum (subglabra vel varie vestita; sp. brasiliensi-argentina) 91. *P. meliaefolia* Juss.
- cc. Thyrsi axillares solitarii
- a. Folia 5-foliolato-pinnata
    - aa. Foliorum rhachis nuda
      - \* Hirsutae
        - † Foliola maxima, inferiora late ovata, impunctata (semen ignotum; sp. peruviana) 92. *P. gigantea* Poepp.
        - †† Foliola elliptico-lanceolata, pellucide punctata (capsula hirsuta, breviter stipitata; semen glabrum (?); sp. peruviano-boliviana) 93. *P. acutangula* Pers.
      - \*\* Hirto-tomentosae
        - † Foliola ovata, remote acute dentata, impunctata; capsula tomentosa, truncata, longius stipitata (semen pilosum; sp. ecuadorensis) 94. *P. Quitensis* Radlk.
        - †† Foliola oblonga, grosse obtuse dentata, sat punctata; capsula tomentosa, emarginata, breviter stipitata (semen pilosum; sp. peruviano-boliviana) 95. *P. dasystachya* Radlk.
      - \*\*\* Pubescentes vel glabrescentes; foliola punctis pellucidis lineolisque ramificatis instructa
        - † Rami rubro-fusei; capsula major, pubescens, longius stipitata (semen pilosum vel subglabrum; sp. peruviano-brasiliensis) . . . . . 96. *P. nobilis* Radlk.
        - †† Rami viridescens; capsula minor, glabrata, breviter stipitata (semen glabrum; sp. boliviana) 97. *P. boliviana* Radlk.
- ββ.* Foliorum rhachis plus minus marginata vel alata; capsulae minores, glabrae; rami foliaque (fere semper) glabra
- \* Capsula apice excisa, subobcordata; rhachis foliorum sat alata, foliola impunctata, stipulae subulatae (semen pilosum; rami juniores in costis hirtelli; sp. antillana) 98. *P. excisa* Radlk.
  - \*\* Capsula apice (alis connexis) integra, obovata
    - † Rhachis foliorum anguste marginata vel subnuda, foliola impunctata, stipulae subulatae (semen pilosum vel subglabrum; sp. guianensi-brasiliensi-panamensis) 99. *P. subnuda* Radlk.
    - †† Rhachis foliorum alata, foliola punctis pellucidis crebris notata, stipulae lanceolatae (semen pilosum; sp. brasiliensis) . . . . . 100. *P. caloptera* Radlk.

β. Folia biternata (semen glabrum)

aa. Foliorum rhachis nuda vel vix marginata; foliola serrato-dentata, acuta, epidermide non mucigera; capsula estipitata (sp. peruviana) . . . . . 101. *P. enneaphylla* Don.

ββ. Foliorum rhachis marginata vel subalata; capsula breviter stipitata

\* Foliola dentata, acuta, epidermide mucigera (sp. mexicano-ecuadorensi-surinamensis) 102. *P. fuscescens* Kunth.

\*\* Foliola integerrima vel suberenata, obtusa, laevigata, epidermide mucigera; (sp. jamaicensis)

103. *P. barbadensis* Jacq.

B. Capsulae alae latae (quam pars seminifera plerumque latiores, vix unquam, nisi in *P. triptera*, angustiores), apice et basi subaequilatae

a. Corpus lignosum compositum (thyrsi solitarii; epidermis mucigera)

aa. Folia ternata (sp. brasiliensis) . . . . . 104. *P. monogyna* Radlk.

bb. Folia 5-foliolato-pinnata (fructus ignotus; sp. guatemalensi-nicaraguensis) 105? *P. hymenobracteata* Radlk.

b. Corpus lignosum simplex (semen pilosum)

aa. Thyrsi ad foliorum axillas glomeratim congesti; folia 5-foliolato-pinnata, rhachi nuda, superiora ternata (epidermis non mucigera; sp. novogranatensis) . . . . . 106. *P. pterocarpa* Tr. & Pl.

bb. Thyrsi axillares solitarii

α. Folia 5-foliolato-pinnata, rhachi nuda (epidermis mucigera; sp. novogranatensis) . . . . . 107. *P. triptera* Tr. & Pl.

β. Folia biternata, rhachi subalata (epidermis non mucigera; sp. peruviana) . . . . . 108. *P. selenoptera* Radlk.

γ. Folia trijuga, jugo infimo ternato, rhachi alata (epidermis non mucigera; sp. novogranatensis) . . . . . 109. *P. serjaniaefolia* Tr. & Pl.

Hic inserenda? foliis supradecompositis (subtripinnatis, eleganter pellucide lineatis et punctatis, rhachi submarginata, epidermide non mucigera, fructu non nisi e germine aucto noto; sp. brasiliensi-uruguayensis) . . . . . 110? *P. australis* St. Hil.

**Sectio XIII. Phygoptilon** Radlk. ll. cc. Capsula, junior certe, trialata, denique interdum alis evanidis trigona, elliptico-lanceolata, obovata vel suborbicularis, vix brevissime stipitata (cf. Fig. XIII), glabra vel tomentosa, valvis interdum juxta margines tuberculatis, cristatis, vel in alulas corniformes productis, mesocarpio parenchymatico, endocarpium sclerenchymate alas ingrediente et fere usque ad marginem percurrente, denique (seminum incremento) plus minus bipartito, alis inde plus minus evanescentibus et ad loculorum parietes dorsales augendas consumptis, valvis in hac parte epithelio destitutis, juxta margines septisque tomentellis; semina e trigono breviter ellipsoidea, glabra, arillo dorso fisso usque ad medium obtecta; embryo oleosus, rarissime oleoso-farinosus, cotyledonibus plerumque minus crassis et (ut illae *Serjaniarum*) plicato-curvatis; flores plerumque parvi, alabastris saepius trigonis, sepalis subcoriaceis, saepius margine tantum puberulis, 3. et 5. fere usque ad apicem connatis; thyrsi solitarii vel paniculatim congesti; corpus lignosum simplex; folia in 1 specie (*P. coriacea*) ternata, in paucis biternata (*P. Plumierii*, *revoluta*, *cristata*, *trigonia*), in pluribus pinnata vel subbipinnata, in 1 tandem (*P. thalictrifolia*) supradecomposita, petiolo nudo, rhachi saepius subalata; stipulae plerumque minutae; foliola glandulis malleoliformibus ornata; epidermis in plurimis mucigera, in 3 (*P. revoluta*, *rhomboidea*, *uloptera*) non mucigera.



gera. (Species 1 — *P. Plumierii* — antillana, 1 — *P. dasygonia* — guianensis, reliquae brasilienses.)

- A. Flores majusculi; alabastra ellipsoidea; sepala omnia dense adpresse tomentosa; capsula pubescens; folia membranacea
- a. Capsula medio latissima, suborbicularis; folia biternata, foliola remote dentata, glabra (sp. antillana) . . . . . 111. *P. Plumierii* Tr. & Pl.
- b. Capsula apice latissima, ex obovato cuneata
- aa. Folia supradecomposita, subtripinnata . . . . . 112. *P. thalictrifolia* Juss.
- bb. Folia biternata; foliola subintegerrima, margine revoluta, e membranaceo subchartacea, subtus pubescentia (epidermide non mucigera)  
113. *P. revoluta* Radlk.
- B. Flores parvuli; alabastra (plerumque) trigona; sepala glabra vel (praesertim ad margines) minutim puberula; capsula glabra (in *P. cristata* tantum laxe pilosa); folia coriacea vel chartacea, discoloria
- a. Capsula apice latissima, obovata vel cuneata
- aa. Folia ternata . . . . . 114. *P. coriacea* Casar.
- bb. Folia 5-foliolato-pinnata, pinnis inferioribus basi saepissime pinnulis auriculiformibus auctis; foliola integerrima . . . . . 115. *P. racemosa* Wawra.
- cc. Folia 4—6-juga, jugo infimo ternato; foliola rhomboidea, serrato-dentata (epidermide non mucigera) . . . . . 116. *P. rhomboidea* Radlk.
- b. Capsula medio latissima, lanceolata, elliptica vel suborbicularis
- aa. Capsulae valvae prope margines alulis accessoriis vel cristis longitudinalibus auctae
- a. Valvae alulis auctae; folia subcoriacea, glabra
- aa. Folia plerumque 5-foliolato-pinnata, rarius transeuntia in decomposita, glabra; germen glabrum  
117. *P. weinmanniaefolia* Mart.
- ββ. Folia 2—3-juga, jugo infimo ternato, subtus puberula (epidermide non mucigera); germen tomentellum, capsulae alae margine crispatae . . . . . 118. *P. uloptera* Radlk.
- β. Valvae cristis longitudinalibus auctae; folia biternata, membranaceo-chartacea, subtus pubescentia; germen pubescens  
119. *P. cristata* Radlk.
- bb. Capsulae valvae ad margines nudae (nec alulis accessoriis nec cristis auctae)
- a. Ramorum cortex cinereus; germen glabriusculum; folia plerumque 3-juga, jugo infimo ternato; foliola subtus in axillis nervorum minutim barbata . . . . . 120. *P. micrantha* Camb.
- β. Ramorum cortex rubro-fuscus
- aa. Germen in angulis densius hirsutum; folia 3—4-juga, jugo infimo ternato; foliola subtus in axillis nervorum vix barbata (sp. guianensis) . . . . . 121. *P. dasygonia* Radlk.
- ββ. Germen glabriusculum; capsula denique alis evanescentibus tricarinato-trigona; folia plerumque biternata (raro 3—4-juga); foliola subtus in axillis nervorum conspicue barbata  
122. *P. trigonia* Vell.

## Sectio I. Neurotoechus.

### 1. Paullinia densiflora Smith.

- Paullinia densiflora* Smith in Rees Cyclopaed. XXVI (ca. 1814, cf. lit. gen.) n. 3; „coll. Mutis in Herb. Linné“!
- — De Cand. Prodr. I (1824) p. 606, n. 24.
- — Sprengel Syst. Veg. II (1825) p. 248, n. 6.
- — Cambessed. in Mém. Mus. d'Hist. nat. XVIII (1829) p. 23.
- — Don General Syst. I (1831) p. 660, n. 6.
- — Dietrich, Fr. G., Gartenlexicon XXVI (s. Neuer Nachtrag VI, 1837) p. 432, n. 4.
- — Dietrich, Dav., Synops. Pl. II (1840) p. 1314, n. 6.
- — Steudel Nomencl. Ed. II, II (1841) p. 277.
- — Triana & Planch. Prodr. Flor. Novo-Granat., Ann. Scienc. nat., IV. Sér., XVIII (1862) p. 353, n. 6; „coll. Mutis“!, „Triana“!
- — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 71 n. 38 etc. (v. indic.).

Scandens, fruticosa, glabra; rami triangulares, juxta angulos utrinque sulco levi (linea impressa) notati, lateribus planis vel in costam obtusam productis (rami inde interdum plus minus „sexcostati“, uti a Triana & Planch. dicuntur); corpus lignosum compositum e centrali majore et periphericis 3 minoribus angulis subjectis; folia ternata; foliola breviter elliptica, apice basiue acutiuscula, supra medium remote crenato-vel subrependo-dentata, brevissime petiolata, membranacea, sicca vix fuscescens, supra opaca (epidermidis cellulis in papillas late conicas evolutis), subtus nitidula et in axillis nervorum seriebus pilorum ornata, insuper supra subtusque glandulis microscopicis breviter stipitatis curvatis adspersa, reti utriculorum laticiferorum subpellucido interrupto (ad paginam inferiorem) instructa, epidermide non mucigera; petiolus alatus; thyrsi abbreviati, in axillis foliorum ramorum juniorum in glomerulos sat densos aggregati; alabastra hirtella; flores minores, germine hirsuto-tomentoso; fructus sectionis ex obovato clavatus, breviter stipitatus, apice apiculatus, ex hirsuto glabrescens; semen (immaturum) ellipsoideum, arillo dorso profundius quam ventre fisso ad duas tertias obtectum.

Rami thyrsigeri diametro 2,5 mm. Folia 12—15 cm longa, fere totidem lata; foliola terminalia circa 9 cm longa, 5—6 cm lata, lateralia minora; petiolus 4—6 cm longus; petioli 1—2 mm longi; stipulae parvae, triangulari-subulatae. Thyrsi 1,5—2 cm longi, pilis brevibus e cinereo flavescensibus adpresse tomentosi, dense cincinniferi; cincinni sessiles, inferiores longiusculi, superiores contracti, 5—8-flori; pedicelli 4 mm longi, ad tertiam inferiorem partem articulati; bractee bracteolaeque parvulae, e triangulari breviter subulatae. Flores 2,5 mm longi: Sepala duo exteriora interioribus plus dimidio minora, rotundato-ovata, pubescentia, interiora subglabra. Petala superiora obovato-oblonga, in unguem longiorem attenuata, inferiora oblonga, in unguem breviorum contracta; squamae (cristis exclusis) petala dimidia vix superantes, margine villosae, superiores crista tertiam squamae partem aequante obovata vel obcordata margine crenulata appendiceque deflexa cristam aequante truncata sericeo-barbata, inferiores crista aliformi oblique patente instructae. Tori glandulae superiores late ovatae,



glabrae, inferiores obsoletae. Stamina: filamenta complanata, extus pilis teneris albis laxè villosiuscula; antherae glabrae. Germen subglobosum, pilis patulis flavidis hirsuto-tomentosum; stylus glaber, germen aequans, basi vix incrassatus. Capsula (semimatura) pilis flavidis adpressis laxè adpersa. Semen „largum, laeve, spadiceum“ (Smith l. c.).

In Novo-Granata: Mutis! (a. 1760—78; Herb. Linn.); Triana n. 3450! („Rio Seco, prov. de Tequendoma, alt. 400 mètres“ a. 1851—57; Hb. DC., Hook., Martius, Paris., Florentin.); Holton n. 814! („Flora Neogranad.-Magdalena, Naré, m. Sept. 1852“ fruct. jun.; Hb. Hook.).

Zusatz 1. Bezüglich des Originalexemplares zur Publication von Smith im Herb. Linné, von Mutis, ist schon bei der Darlegung der Gattungsgeschichte in der Monographie von *Serjania*, p. 23 u. 42 bemerkt worden, dass dasselbe erst nach dem Erscheinen der 2. Ausgabe der *Spec. Plant.* (1762) an Linné gekommen sein kann und an dem der Paull. Cururu entsprechenden Platze von Linné selbst wohl in dem Herbare eingereiht worden ist.

Zusatz 2. Das Exemplar von Mutis besitzt keine Ranken, wie schon Smith hervorgehoben hat („we perceive no tendrils“). An den Exemplaren von Triana zeigen sich gelegentlich die gewöhnlichen (an der Spitze 2-ästigen) Rankenzweige, deren auch in der Beschreibung von Triana und Planchon Erwähnung geschieht, bald als alleiniges Achselproduct der Blätter, bald neben den axillären Inflorescenzbüscheln. Diese Verschiedenheiten sind für die Arten von *Paullinia* ebensowenig von charakteristischem Werthe, wie für die von *Serjania*.

Mehr Werth scheint die hier und bei anderen Arten von *Paullinia* (nicht aber bei *Serjania*) vorkommende Knäuel-Form der Inflorescenzen zu besitzen, über deren Verhältniss zu der gewöhnlichen Form einige Worte hier Platz finden mögen, da es gerade Exemplare der *P. densiflora* (aus der Sammlung von Triana im Hb. DC. und Martius) sind, welche darüber durch Auftreten von Uebergangsformen näheren Aufschluss geben. Diesen gemäss ist ein solcher Knäuel nichts anderes, als ein in allen seinen Internodien stark verkürzter Seitenzweig jener Art, wie er sich als Träger rispenartig vereinigter Inflorescenzen („thyrsi in racemum paniculiformem congesti“ oder kürzer „thyrsi paniculatum congesti“ nach der von mir gebrauchten Ausdrucksweise) bei vielen *Paullinia*- und *Serjania*-Arten meist neben einem (gelegentlich selbst auch als Inflorescenz ausgebildeten) Rankenzweige findet — mit ganz oder theilweise unterdrückten Laubblättern und lauter zu gewöhnlich rankenlosen und bis zur Basis mit Wickeln besetzten Inflorescenzen („thyrsi“, welche Bezeichnung auch Triana und Planchon gewöhnlich gebrauchen, während sie bei *P. densiflora* dafür „racemi“ setzen) umgewandelten Seitenzweigen, zwischen deren oberen sich sein Scheitel, ohne selbst einen Thyrsus zu bilden oder von einer Blüthe geschlossen zu sein, erschöpft (vergl. das darüber in der Monographie von *Serjania* im Gattungscharakter und in den Zusätzen zu *S. dibotrya*, p. 163, *S. scatens*, p. 215 und *S. mexicana*, p. 245 Gesagte). Wie an dem Träger, so erscheinen dann auch an den Blütensträssen („thyrsi“) selbst die Internodien zwischen den einzelnen Wickeln beträchtlich verkürzt, und von dem Grade dieser Verkürzung hängt die mehr oder minder gedrungene Gestalt des Ganzen ab. Unterbleibt die Verkürzung zwischen den Wickeln, in welchem Falle meist auch die Zahl der Blütensträusse (bis auf 5 oder selbst 2) verringert erscheint, so stellt sich (wie bei *P. Cambessedesii*, *tetragona*, *hispida* und gelegentlich auch bei *P. meliaefolia*) das Ganze nicht als Knäuel, sondern als mehr oder minder lockerer Inflorescenzbüschel dar.

Bei den an älteren Aesten und Stämmchen (wie z. B. bei den folgenden drei Arten) auftretenden Knäueln scheint aber noch ein weiteres Moment der Zusammensetzung hinzuzukommen. Hier verbleibt es nämlich meist nicht bei der Bildung je eines solchen Knäuels, wie er bei *P. densiflora* in den einzelnen Blattachsen der jungen, beblätterten Zweige auftritt, sondern es bilden sich hier mehrere solche Knäuel dicht neben einander, über und neben der Narbe eines abgefallenen Blattes, wahrscheinlich aus Adventivknospen und insgesamt nun einen zusammengesetzten, mehrfachen Knäuel darstellend.

Die beiderlei im Vorigen geschilderten Knäuel, die einfachen der jungen, beblätterten und die mehrfachen der älteren, entblätterten Zweige und Stämmchen scheinen, so viel wenigstens die vorliegenden Materialien erkennen lassen, nur selten nebeneinander bei der gleichen Art vorzukommen. So namentlich bei *Paullinia cauliflora*, wo ausserdem in den obersten Blattachseln, während die zur Knäuelbildung befähigte (Innovations-) Knospe unentwickelt bleibt, der daneben stehende Rankenzweig sich gelegentlich zu einem normalen, doppelrankigen Thyrsus ausgebildet zeigt. Neben den Knäueln habe ich die Rankenzweige wohl häufig als solche, nie aber als Inflorescenzen ausgebildet gefunden. Uebrigens mag nach Analogie von *Serjania dibotrya* etc. auch das vorkommen.

Zusatz 3. Triana und Planchon sprechen, ich weiss nicht ob auf directeren Grund hin, als den, dass sich bei manchen Arten in der That solche Schwankungen nicht selten finden, die Vermuthung aus, dass die Pflanze auch mit höher zusammengesetzten, gefiederten Blättern vorkommen möge („folia in speciminibus nostris ternata, forsitan interdum pinnata“). Ich habe eine Zeit lang geglaubt, in den Exemplaren der folgenden Art diese vermuthete Form vor mir zu haben. Eine eingehendere Untersuchung hat mich aber schliesslich doch dazu geführt, in diesen Materialien von so weit abliegenden Fundorten eine besondere Art zu erblicken, theils mit Rücksicht auf die länger gestielte Frucht und die im vorigen Zusatze näher erörterte Verschiedenheit der hier und dort vorkommenden Blütenknäuel, theils mit Rücksicht auf die doch merklich verschiedene Gestalt der Blättchen und besonders die erheblich abweichende (in der Charakteristik hervorgehobene) Beschaffenheit ihrer Epidermiszellen, welche in der Oberflächenbeschaffenheit der Blättchen zum Ausdrucke gelangt, und endlich weil bei den mir bekannt gewordenen Exemplaren von *P. densiflora* aus Neu-Granada nirgends auch nur die leiseste Andeutung eines Ueberganges der gedrehten in gefiederte Blätter aufzufinden war. Es bleibt in dieser Hinsicht denn doch immer zu bemerken, dass bei aller Geneigtheit der *Paullinia*- und *Serjania*-Arten zu Formschwankungen des Blattes, viele Arten wieder, und gerade die mit gedrehten Blättern, eine grosse Beständigkeit der Blattform zeigen.

## 2. *Paullinia fasciculata* Radlk.

Scandens, fruticosa, glabra; rami juniores triangulares (ut in *P. densiflora*), adultiores lateribus concavis trisulcati; corpus lignosum compositum e centrali majore et periphericis 3 minoribus angulis subjectis; folia 5-foliolato-pinnata vel coadunatione foliolorum superiorum transeuntia in ternata; foliola elliptica, supra medium repando-dentata, longiuscule petiolulata, membranacea, (sicca quoque) viridia, supra subtusque nitida (epidermidis cellulis planis), non nisi glandulis microscopicis subsessilibus curvatis adspersa et in axillis nervorum subtus pilis obsita, reti subpellucido interrupto (ad paginam inferiorem) instructa, epidermide non mucigera; petiolus rhachisque foliorum alata; thyrsi abbreviati in caulibus vel ramis adultioribus fasciculatim glomeratimve aggregati; alabastra subglabra; flores (ex alabastris) minores; fructus sectionis ex obovato pyriformis, longe stipitatus, subglaber; semen —

Rami thyrigeri diametro 1 cm. Folia 20—32 cm longa, 16—20 cm lata; foliola terminalia 16 cm longa, 8 cm lata, lateralia minora; petiolus 6—12 cm longus; petioluli 4—6 mm longi; stipulae parvae, triangulari-ovatae. Thyrsi 1,5 cm vix excedentes, dense cincinniferi; cincinni sessiles vel stipitati, contracti; pedicelli fructiferi circ. 5 mm longi, supra medium articulati. Capsula stipite 8 mm longo adjecto 2 cm longa, circ. 6 mm lata.

In Guiana gallica et in insula Tobago: Poiteau! (Guiana, a. 1819—21, fruct.; fol. part. ternata; Hb. Deless., Petrop., Kew. ex Hb. Gay c. indic.: Poiteau ded. VII, 1824); Eggers n. 5805! (Tobago juxta „Great Dog River“ in sylva montis „Putney Hill“, alt. 900 m, m. Nov. 1889, alabastr.; fol. ternata.)



Scandens, fruticosa, subtomentosa; rami 4—5-sulcati, breviter sufferrugineo-tomentosi; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata; foliola superiora obovata, raro suboblunga, inferiora breviter ovata vel subrotunda, terminale basi cuneatum, lateralia rotundata, omnia apice breviter acuminata, apicem versus minutim serrato-dentata, acumine ipso denticulato, petiolulata, chartacea, clathrato-venosa, subtus in axillis nervorum nec non saepe venarum quoque barbata, ceterum pilis lateraliter affixis sufferrugineis breviter subtomentosa (interdum forsā, uti Poeppig refert, „tenuiter argenteo pubescentia“) glandulisque microscopicis erectis vel inclinatis obsita, denique glabrata, punctis lineolisque pellucidis sparsis supra notata et reti utriculorum laticiferorum subpellucido subtus instructa, epidermide non mucigera (paginae inferioris — contra sectionis rationem — non crystallophora); petiolus rhachisque nuda; thyrsi solitarii, robusti, laxius cincinniferi, subtomentosi; cincinni sessiles, contracti, 5—8-flori; flores mediocres, sepalis dense subcanescenti-tomentellis; fructus sectionis pyriformis („nuce Juglandis major, subglobosus, viridis, glaber“ teste Poeppig), glabrescens (maturus deerat).

Caulis „altissime scandens“ (Poeppig).

Rami diametro 3—6 mm. Folia 15—25 cm longa, fere totidem lata; foliolum terminale 9—14 cm longum, 5—7 cm latum, lateralia paullo minora; petiolus communis 5—7 cm longus rhachisque plerumque dimidio brevior tomento brevi praesertim ad insertionem foliorum induta; petioluli 3—8 mm longi, subtomentosi; stipulae — (non visae). Thyrsi 10—40 cm longi, subsessiles vel pedunculati, rhachi diametro 2—4 mm; bractee bracteolaeque subulatae; pedicelli 2—3 mm longi, articulati. Sepala duo exteriora interioribus plus dimidio breviora, interiora subrotunda, 3—4 mm longa, 3 mm lata. Petala oblonga; squamae petala dimidia aequantes, margine villosae, superiores crista obcordata appendiceque deflexa margine villosa, inferiores crista oblique aliformi instructae. Tori glandulae superiores late triangulares, tomentosae, uti torus. Staminum filamenta filiformia, complanata, pilosa; antherae glabrae. Germen e trigono subglobosum, tomentosum.



In Peruvia: Pavon! („ad Vitoc, a. 1794“; ex Hb. Pavon transl. in Herb. Boiss., Webb, Berol.); Haenke! (Hb. Prag.); Poeppig n. 1327! (in Peruviae subandinae sylvis ad Pampayaco, m. Aug. 1829, flor., nec non in sylvarum marginibus ad Cuchero; Hb. Vindob., Lips., Martens Lovanii).

Zusatz 1. Von der Beschaffenheit ihrer Haare, worin sich diese Art der *P. obovata* nähert, war schon bei dieser die Rede. Auch die kleinen Aussendrüsen haben, indem eine köpfchenförmige Verbreiterung an ihrer Spitze kaum hervortritt, zunächst mit den dortigen Aehnlichkeit, kommen aber hier nicht zu gabligen Doppeldrüsen vereinigt vor.

Zusatz 2. Ruiz & Pavon bemerken zu dem Vulgärnamen der Pflanze a. a. O.: *Incolae arillum carnosum dulcem edunt*. Lindley erwähnt, offenbar hiernach, die Pflanze in *Veget. Kingd.*, 1846, p. 383 neben anderen Sapindaceen mit essbarem Samenmantel (*Blighia sapida*, *Schleichera trijuga*). Poirer übertrug die Angabe schlechthin auf die Frucht (unter *Semarillaria* a. a. O.: „Son fruit est bon à manger“ und unter *Paullinia* a. a. O.: „Fructus edulis“). Von ähnlichen Angaben bezüglich des Samenmantels von *Paull. pinnata* und *Cururu* war bei diesen die Rede.

### 16. *Paullinia clavigera* Schlecht.

- Paullinia* ? *clavigera* Schlechtend. in *Linnaea* X (1836) p. 239, n. 306; „coll. Schiede“!  
 — ? — Walpers *Repert.* I (1842) p. 414.  
 — — — Steudel *Nomencl. Ed. II, II* (1841) p. 277.  
 — — — Radlkofer in *Monogr. Serj.* (1874—75) p. 73 n. 84 etc. (v. indic.).  
 — ? — Hemsley in *Biol. Centr.-Am., Bot.* I (1879—81) p. 210, n. 2; „coll. Schiede“.  
 — — — Radlkofer in *J. Donnell Smith Enum. Pl. Guatemalens. etc.* IV (1895) p. 22, n. 5182.

Scandens, fruticosa, glabra; rami 4—6-costati, glabriusculi; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata; foliola elliptico-lanceolata, apice ex acuto acuminata (interdum subcuspidata), basi terminale cuneatum, lateralia acuta vel rotundata, margine ex subintegerrimo remote serrato-dentata lineaque pellucida subfusca cartilaginea circumvallata, breviter petiolulata, membranaceo-chartacea, subtus in axillis nervorum barbata, glandulis microscopicis malleoliformibus subimmersis obsita, reti utriculorum laticiferorum pellucido subtus instructa, epidermide non mucigera; petiolus rhachisque anguste alata; stipulae elongatae, lineari-lanceolatae, subfalcatae, striatae; thyrsi solitarii, tomentelli, laxius cincinniferi; cincinni sessiles, 6—8-flori; bractae elongatae, anguste subulatae; flores minores vel mediocres, longius pedicellati, pedicellis supra medium articulatis, sepalis puberulis; fructus sectionis pyriformis, longiuscule stipitatus, apiculatus, glabratus; semen breviter ellipsoideum, arillo dorso ventreque usque ad basin fisso ultra duas tertias obtectum.

Rami diametro circ. 5 mm. Folia 10—25 cm longa, fere totidem lata; folium terminale 6—14 cm longum, 2—4,5 cm latum, lateralia paullo minora; petiolus communis 2—9 cm longus, rhachis plerumque dimidio brevior; alae utrinque 1—2 mm latae, basin versus angustatae; stipulae circ. 1,5 cm longae, 2—4 mm latae. Thyrsi 6—20 cm longi, sessiles vel pedunculo 0,5—10 cm longo stipitati; bractae circ. 4 mm longae; pedicelli circ. 3 mm longi, ad mediam vel supra mediam partem articulati. Sepala duo exteriora interioribus plus dimidio breviora, suborbicularia. Petala ex ovali oblonga, circ. 3 mm longa, 1,5 mm lata; squamae petala dimidia paullo superantes, margine villosiusculae, superiores crista obcordata squamam dimidiam vix aequante appendiceque deflexa cristae aequilonga barbata, inferiores crista oblique aliformi instructae. Tori glandulae superiores ovatae, puberulae (uti torus), laterales obsoletae. Stamina filamenta pilosa; antherae glabrae. Germen obovoideum, trigonum, pube adpressa indutum;

stylus crassiusculus. Capsula rubra, stipite 1,5—2 cm longo incluso 3—4 cm longa, 1,5 cm lata, intus valde spongioso-incrassata. Semen circ. 6 mm longum, 5 mm latum.

In Mexico et in Honduras: Schiede! (n. 306, cf. Lit.; Hacienda de la Laguna, m. Aug. 1829, fruct.; Hb. Halense, Petrop., Martens Lovanii); Berlandier n. 519! (Real del monte; Herb. Lips.); Galeotti n. 1! (Tepinapa; Hb. Bruxell.); Liebmann n. 47! (Mirador, m. Maj. 1842, flor.), n. 48! (Sepillo?, m. Jun., 1841, flor.), n. 49! (Paso del Correo, m. Jun. 1841, fruct. semimat.), n. 50! (Papantla, m. Jun. 1841, alab.), 51! (Pital; Hb. Havn.); Wawra n. 31! (circa Medelin, a. 1864?; Hb. Vindob.); C. Thieme, n. 5182 Plant. Guatemalens. etc. a J. Donnell Smith edit.! („Honduras, Depart. Santa Barbara, San Pedro Sula, alt. 600—1500 ped.“, m. Febr. 1887, flor.).

Zusatz. Bezüglich der Unterscheidung dieser Art, für welche die von Schlechtendal noch offen gelassene Frage hinsichtlich der Zugehörigkeit zu *Paullinia* als beseitigt zu betrachten ist, von *Paull. pinnata* L. em. vergleiche das bei dieser in Zusatz 9 Gesagte.

### 17. *Paullinia sessiliflora* Radlk.

*Paullinia sessiliflora* Radlkofer in Rose Report etc., Contrib. from the U. S. National Herb., I, No. 9 (1895) p. 317; cf. *ibid.* p. 297, 299.

Scandens, fruticosa, pubescens vel subglabra; rami teretiusculi, leviter 4—5-sulcati, glabri; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata; foliola ovali-oblonga, terminale basi cuneatum, lateralia apice basi que acutiuscula vel subobtusata, remote subrepando-dentata vel subintegerrima, margine revoluta, breviter petiolulata, chartacea, glabriuscula vel subtus pube brevi densiore mollia nec non in axillis nervorum barbata, glandulis microscopicis malleoliformibus obsita, subtus reti utriculorum laticiferorum pellucido interrupto instructa, epidermide non mucigera; petiolus rhachisque late alata; stipulae elongatae, lineari-lanceolatae, striatae, margine puberulae; thyrsi solitarii, pedunculati, elongati, interrupte cincinnigeri, molliter tomentelli; cincinni sessiles vel breviter stipitati; bractea bracteolaeque lanceolato-subulatae, parvulae; flores sat magni, sessiles, ex albido flavescentes, sepalis molliuscule tomentellis; fructus sectionis ex ellipsoideo pyriformis, glabratus, stipite quam pars seminifera pluries brevior; semen ellipsoideum, compressiusculum, arillo dorso ventreque fisso ultra duas tertias obtectum.

Rami juniores (thyrsigeri) diametro 2—5 mm, adultiores lenticellis notati. Folia circ. 15 cm longa, fere totidem lata, inferiora majora; foliola circ. 7 cm longa, 2,5 cm lata; petiolus communis 2—6 cm longus, rhachis brevior vel aequilonga, alis basi vix angustatis utrinque 3—5 mm latis; stipulae 7—15 mm longae, 2 mm latae. Thyrsi 15—30 cm longi, pedunculo 2—12 cm longo glabro; bractea circ. 2 mm longae, 0,8 mm latae. Sepala duo exteriora reliquis tertia parte breviora, interiora late ovata. Petala oblonga, circ. 5 mm longa, 2 mm lata; squamae duas petalorum tertias aequantes, margine villosae, superiores crista obcordata squamae dimidiam partem vix aequante appendiceque brevi barbata, inferiores crista aliformi fere recte ascendente instructae. Tori pilosi glandulae superiores orbiculares, conspicuae. Staminum filamenta filiformia, compressiuscula, pilosa; antherae glabrae. Germen e trigono globosum, tomentosum, stylo germen aequante. Capsula stipite pilosiusculo 5 mm longo adjecto circ. 3 cm longa, 1,6 cm lata, rubra. Semen 12 mm longum, 8 mm latum.

In Mexico: Palmer n. 1066! (Colima, m. Jan.—Febr. 1891, flor., foliis subglabris); idem n. 1087! (Manzanillo, m. Dec. 1890, fruct.).

Culta? in hortis urbis Honolulu insulae Sandwicensis Oahu: Wawra n. 2501! (Hb. Vindob. „Erdumsegelung S. M. Fregatte Donau 1868—71“); cf. obs.



Zusatz. Die Pflanze ist der *Paull. clavigera* Schlecht. nahestehend. Sie unterscheidet sich davon durch die grösseren, sitzenden Blüten, die kürzer gestielte Frucht und die breiter geflügelten Blattstiele.

Die zuerst bekannt gewordenen Materialien derselben rühren von Wawra her, der sie in Gärten um die Stadt Honolulu gefunden hat — ob als Eindringling oder als Culturpflanze ist nicht gesagt. Die aus dem ähnlichen Funde Wawra's bezüglich der *Paull. tomentosa* Jacq. (s. dort, Zus. 3) von mir schon vor Jahren geschöpfte Vermuthung, dass das Vaterland der *Paull. sessiliflora* in Mexico zu suchen sein möchte, hat durch die von Palmer dort gesammelten Materialien ihre volle Bestätigung erhalten.

### 18. *Paullinia imberbis* Radlk.

*Paullinia macrophylla* (non „Kunth“) Sagot Catal. des Pl. de la Guyane franç., Ann. Scienc. nat., VI. Sér., XII (1882) p. 191! (Vidi specimen a Mélinon lectum, a Sagot determinatum in Hb. Par.)

Scandens, fruticosa, glabra; rami 4—5-costati, glabriusculi; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata, superiora interdum depauperata ternata; foliola elliptica vel elliptico-lanceolata, apice acuminata, basi terminale cuneatum, lateralia ex acutiusculo subrotundata, omnia breviter petiolulata, supra medium remote serrato- vel subrependo-dentata, subcoriacea, subtus in axillis nervorum imberbia, glandulis microscopicis helicoideis accumbentibus adpersa, reti utriculorum laticiferorum subpellucido subtus instructa, epidermide non mucigera; petiolus rhachisque late alata; stipulae elongatae, lineari-lanceolatae, striatae; thyrsi solitarii, robusti tomentelli, densius cincinniferi; cincinni sessiles, 6—8-flori; bractae subulatae; flores majores, pedicellati, sepalis extus intusque tomentellis; fructus sectionis ellipsoideus vel subpyriformis, stipite breviusculo; semen compressum, elongate ellipsoideum, totum arillo non nisi dorso fissobtectum.

In Brasiliae provincia Pará et in Guiana gallica: Martius! (in sylvis ad Pará; in sylvis ad Barra do Rio Negro et Coari, m. Nov., Dec. 1819, fruct.); Mélinon n. 59! (Guiana, a. 1845).

### 19. *Paullinia leiocarpa* Griseb.

*Paullinia bipinnata* (non Poir.) Klotzsch ed. Rich. Schomburgk in Reisen in Brit. Guiana III (1848) p. 1180; coll. Rich. Schomb. n. 1296! Cf. Radlk. Serj. Suppl. (1886) p. 96, 100—102.

*Paullinia leiocarpa* Grisebach Flora Brit. West Ind. Isl. (1859—64) p. 124, n. 14; coll. Crüger!

— — Walpers Annal. VII Fasc. 4 (1869, ed. C. Müller) p. 620, n. 8.

— — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 75 n. 129 etc. (v. indic.), c. syn. „*P. capitata* Benth. ed. Tr. & Pl.“, et in Serj. Suppl. (1886) p. 28 etc. (v. indic.).

*Paullinia capitata* Benth in Herb. Kew. ed. Triana & Planchon in Prodr. Flor. Novo-Granat., Ann. Scienc. nat., IV. Sér., XVIII (1862) p. 352, n. 4; coll. Plée! Goudot! Triana. Cf. Radlk. Serj. l. e.

— — Walpers Annal. VII Fasc. 4 (1869, ed. C. Müller) p. 620, n. 2.

*Paullinia tetragona* (non Aubl.) Sagot Catal. des Pl. de la Guyane franc. in Ann. Scienc. nat., VI. Sér., XII (1882) p. 192, partim, nempe quoad specim. a Mélinon lect. fide adumbrationis a Sagot delineatae et mecum communicatae.

Scandens, fruticosa, pubescens; rami juniores sulcati, pilis flavis hirsuti, adultiores subtriangulares, glabrati, cortice atro-fusco lenticellarum seriebus notato; corpus lignosum compositum e centrali majore et periphericis 2—3 minoribus; folia 5-foliolato-pinnata; foliola elliptico-lanceolata vel inferiora ovata, apice acuta, basi terminale cuneatum, lateralia acuta, rarius subrotunda, remote serrato-dentata, subsessilia, membranacea, supra praeter nervum medianum glabrata, subtus pubescentia nec non in axillis nervorum barbata, glandulis microscopicis subclavatis cernuis obsita, reti utriculorum laticiferorum interrupto pellucido subtus instructa, epidermide non mucigera (paginae inferioris — contra sectionis rationem — non crystallophora); petiolus rhachisque late alata; stipulae oblongae vel lineari-lanceolatae, striatae, pilosae; thyrsi solitarii, rhachi perbrevis dense cincinnifera fere capituliformi, toti hirsuti; cincinni sessiles; bractee subulatae; flores magni, sessiles, sepalis sericeo-tomentosis; fructus sectionis e subgloboso ovoideus, sessilis, flavo-pilosus, dein glabratus; semen obovoideum, glabrum, arillo dorso profunde fisso ultra medium obtectum.

Rami juniores (thyrsigeri) diametro 2—3 mm. Folia 10—25 cm longa, fere totidem lata; foliola 5—13 cm longa, 2—5 cm lata; petiolus communis 3—8 cm longus, rhachis brevior, quam petiolus latius alata, alis ex semi-obovato cuneatis utrinque 5—7 mm latis; stipulae 7—15 mm longae, 2—4 mm latae. Thyrsi 1,5—10 cm longi; bractee bracteolaeque flores aequantes, 4—5 mm longae. Flores albi (Funk). Sepala duo exteriora interioribus fere dimidio minora, interiora 4—5 mm longa, 3—4 mm lata, omnia ovata, sericeo-tomentosa. Petala ex ovali oblonga, breviter unguiculata; squamae fere duas petalorum tertias aequantes, margine villosae, superiores petalis latiores, crista obcordata appendiceque deflexa brevi barbata, inferiores crista oblique aliformi instructae. Tori glandulae ovatae. Staminum filamenta filiformia, compressiuscula, pilosa; antherae glabrae. Germeñ globosum, setoso-tomentosum. Capsula circ. 1,5 cm longa, totidem lata, ad dissepimenta valde spongioso-incrassata, „siccuscula rubescens“ (Spruce), sicca subfusca. Semen circ. 8 mm longum, 5 mm latum, nigrum.

In Novo-Granata, Venezuela, Trinidad, Guiana anglica et gallica: In Novo-Granata: Goudot! (Santa Marta in regione alta, m. Aug. 1844, flor. et fruct. juven.; Hb. Par.); Triana (in valle fluminis Magdalena); — in Venezuela: Plée! (Maracaibo; Hb. Par.); Moritz n. 356! (Cumanacoa ad flumina in sylvis, m. Jul., flor.; Hb. Mus. Brit.); Funk n. 797 et 798! (Venezuela, prov. de Carabobo, Puerto Cabello, m. Dec. 1843, flor.; Hb. Boiss., Par., Deless.); Linden n. 1544! (ibid.; Hb. Par., Deless., Boiss., Webb, Vindob.); Spruce n. 3607! (Venezuela, Maipures, in campis, m. Jun. 1854, fruct.; „P. capitata Benth.“ in Hb. Benth., Hb. Franquev.); Fendler n. 160! 161! (Venezuela, Tovar, a. 1854—5; Hb. Hook.), n. 1939! (ibid. a. 1856—7; Hb. Hook.); Warming n. 279! 362! (Venezuela, Las Trincheras, m. Dec. 1891, fruct.); — in Trinidad: Crüger! (Trinidad, La Ventille, m. Nov. 1848, fruct.; Hb. Hook., Griseb. „P. leiocarpa Griseb.“); Fendler n. 279! (Trinidad, a. 1877—80; Hb. Kew.); Hb. Hort. Trinit. n. 903! 2147! (Hb. Krug & Urb.); — in Guiana: Schomburgk n. 758! (a. 1838); 813! (vix 213, uti olim legi et scripsi in Radlk. Serj. Suppl., p. 100—102), 866! (Roraima, Guiana angl., a. 1842—3; Hb. Boiss., Hb. Webb); Rich. Schomburgk n. 1296! (Guiana angl., a. 1844; Hb. Ber. sub nom. erroneo „Paull. bipinnata Poir.“, cf. Lit.); Mélinon (Guiana gall., ad flumen Maroni, a. 1861; cfr. supra „Paull. tetragona Sagot“).

Zusatz. Was den von Grisebach für die Pflanze gewählten Namen betrifft, so habe ich schon in der Gattungsgeschichte (Monogr. v. *Serjania*, 1875, p. 57) bemerkt, dass hier *λεῖος* in dem Sinne von „eben“, „glatt“, nicht in dem Sinne von „kahl“ zu nehmen ist, da die Früchte erst unter einer rauhen Wollbedeckung „glatt“ sind. Grisebach hatte in dem Materiale von Crüger nur Früchte vor sich, deren Haarbedeckung abgerieben war, so dass er den Namen wohl auch in dem anderen Sinne gemeint haben mag.



Grossblättrige Exemplare kommen der *Paull. macrophylla* Kunth sehr nahe, unterscheiden sich aber auch im sterilen Zustande genugsam durch die Behaarung.

Die früher für 213 gelesene und so im Suppl. v. Serj., 1886, p. 100, 101 und 102 angegebene, schlecht geschriebene Zahl in der Sammlung von Schomburgk glaube ich jetzt richtiger für 813 zu lesen, entsprechend dem Umstande, dass die betreffende Pflanze aus einem späteren Jahre herrührt als die zur gleichen Art gehörige Nummer 758 (s. oben im Materialienverzeichnisse). Zugleich ist an den eben bezeichneten Stellen des Supplementes die Nummer 866 nachzutragen. Ueber weitere Nachträge vergleiche den Zusatz zu *Paull. anisoptera* (n. 76).

## 20. *Paullinia eriantha* Benth.

*Paullinia eriantha* Benth in schedis coll. Spruce n. 4415! (1855—56).

— — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 75 n. 119 etc. (v. indic.),  
c. synonym.

*Paullinia eriocarpa* Triana & Planch. Prodr. Flor. Novo-Granat., Ann. Scienc. nat., IV. Sér.,  
XVIII (1862) p. 353 n. 5!, incl. var.  $\beta$  molli. Cf. Radlk. Serj.

— — Walpers Annal. VII Fasc. 4 (1869, ed. C. Müller) p. 620 n. 4.

*Paullinia spec.* Hemsley in Salvin & Godm. Biol. Centr.-Am., Bot. I (1879—81) p. 211  
n. 21. Coll. Sutton Hayes n. 334!

— — Anales del Museo Nacional, República de Costa Rica, I (1888) Pars 2, p. 20  
(secundum Biolog. Centr.-Am. enumerata c. indicat. „Panama“).

Scandens, fruticosa, subglabra vel (forma 2) pilosa, „succo lacteo foeta“ (S. Hayes); rami 4—5-angulares, sulcati; corpus lignosum compositum e centrali majore et periphericis 2—3 minoribus; folia 5-foliolato-pinnata (in forma 2 interdum depauperata, ternata); foliola elliptica vel elliptico-lanceolata, apice acuminata, basi superiora cuneata, inferiora acutiuscula, supra medium remote repando-dentata, breviter petiolulata vel subsessilia, subcoriacea, subglabra vel (in forma 2) subtus dense pilosa, glandulis microscopicis insignius capitatis curvatis obsita, reti utriculorum laticiferorum interrupto pellucido subtus instructa, epidermide non mucigera; petiolus rhachisque late alata; stipulae ellipticae vel lanceolatae, adpresse pilosae; thyrsi solitarii, subsessiles vel pedunculati, parte florifera perbrevis dense cincinnifera interdum capituliformi; cincinni sessiles; bractae late ovatae, subtus sericeo-tomentosae; flores maximi, subsessiles, sepalis sericeo-tomentosis; fructus sectionis ovoideus, breviter acuminatus, pilis flavis setoso-tomentosus; semen ex obovato ellipsoideum, fere totum arillo dorso ventreque profunde fisso obtectum, testa lanoso-stuposa.

Rami juniores diametro 3—5 mm, laxè hirsuti, denique glabrescentes. Folia 10—35 cm longa, fere totidem lata; foliola 5—15 cm longa, 2,5—6 cm lata; petiolus communis 2—10 cm longus, rhachis brevior, alis basi vix angustatis utrinque 4—6 mm latis; stipulae circ. 8 mm longae, 3—5 mm latae. Thyrsi 2—12 cm longi, pedunculo glabrato vel (in forma 2) laxè hirsuto, parte florifera 2—4 cm longa; bractae scarosae, circ. 7 mm longae, 5—6 mm latae. Sepala duo exteriora interioribus tertia parte breviora, interiora late ovata, 7—8 mm longa, 5—6 mm lata. Petala sepaloidea, subtus tomentella, obovato-oblonga, unguiculata, 8—9 mm longa, 3—5 mm lata; squamae fere duas petalorum tertias aequantes, margine villosae, superiores crista obcordata appendiceque brevi hispido-barbata, inferiores crista oblique aliformi instructae. Tori glandulae parvae, latiores quam altae, truncatae, superiores connatae. Staminum filamenta filiformia, pilosa; antherae glabrae. Germen hirsuto-tomentosum, stylo crasso. Capsula lignosa, circ. 2,5 cm longa, 1,7 cm lata. Semen circ. 12 mm longum, 7 mm latum.

Formas duas distinguere licet:

Forma 1. genuina: Rami glabrati; foliola margine hirsuta, ceterum subglabra.

Forma 2. *mollis* (Tr. & Pl. qua var.): Rami hispidi; foliola subtus dense subhirsuto-pubescentia.

In Novo-Granata et in Peruvia orientali: Forma 1: Triana n. 3452! („prov. de Bogotá, Villavicencio, Llanos de San Martin, bassin du Meta, alt. 450 m“; Hb. Par., DC.); Karsten! (ibid.; Hb. Vindob.); Sutton Hayes n. 334! („Frijoli-Station, Panama Rail-Road“, m. Nov. 1861, flor.; Hb. Hook.). — Forma 2: Goudot n. 2! (Novo-Granata, inter Pandi et Fusagasuga, m. Jan. 1844 flor.; Hb. Par.); Spruce n. 4415! (in Peruvia orientali prope Tarapoto, a. 1855—56; Hb. Mart.).

## Sectio II. Diphtherotoechus.

### 21. *Paullinia rubiginosa* Camb.

(non St. Hil., uti Don, Dietrich et Walpers referunt.)

- Paullinia rubiginosa* Cambess. in St. Hilaire Flor. Bras. I (1825) p. 371, n. 2!  
 — — Cambess. in Mém. Mus. d'Hist. nat. XVIII (1829) p. 23.  
 — — Don General Syst. I (1831) p. 661, n. 13.  
 — — Dietrich, Dav., Synops. Pl. II (1840) p. 1315, n. 32.  
 — — Walpers Repert. I (1842) p. 413.  
 — — Gray, Bot. Wilkes Un. St. Expl. Exped. XV (1854) p. 248, n. 3!  
 — — Turczaninow in Bull. Mosc. XXXI (1858) Pars. I No. 2, p. 397; coll. Blanchet n. 1599!  
 — — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 73 n. 70 etc. (v. indic.).

(NB. In Steudel Nomenclat. ommissa est ut et aliae Cambessedesii species; cf. Lit. gen.)

Scandens, fruticosa; rami thyrigeri 4—5-costati, in costis et sulcis dense hirsuto-tomentosi vel setosi; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata; foliola oblonga (inferiora plerumque ovata), apice acuminata acutave, basi terminale cuneatum, lateralia acutiuscula obtusave, omnia remote subrependo-dentata, dentibus subspinulosis, nervo in aristam setosam excurrente, sessilia vel (praesertim lateralia inferiora) breviter petiolulata, subclathrato-venosa, chartacea, pilis subsetosis subtomentosa), glandulis microscopicis geniculatis obsita, reti utriculorum laticiferorum interrupto plerumque sat conspicuo subtus instructa, epidermide non mucigera; petiolus communis nudus, rhachis nuda vel alata; stipulae scariosae, sat magnae, ovato-lanceolatae, nunc subintegerrimae, nunc dentatae, extus dense setulosae; thyrsi solitarii vel paniculati congesti, subtomentosi; cincinni sessiles vel (in forma 2) substipitati; bractee longiores brevioresve, lineari-subulatae; flores majores minoresve; capsula e lanceolato obovata, triquetra, vel semine maturo foeta subtrigona, subsessilis, extus laxius densiusve setoso-hirsuta; semen obovoideum, arillo dorso fisso usque ad mediam partem obtectum, testa glabra.

Formas 3 distinguere licet:

Forma 1. *genuina*: Rami tomentosi; rhachis foliorum alata vel nuda; stipulae ex ovato-elliptico lanceolatae, subintegerrimae; thyrsi robusti, tomentosi.

Forma 2. *patenti-pilosa*: Rami pilis longis flavis patentibus vestiti; rhachis foliorum nuda vel vix marginata; stipulae ellipticae, fimbriolato-dentatae; thyrsi laxius cincinnigeri, cincinnis substipitatis.



Forma 3. *setosa*: Rami dense setosi; rhachis foliorum nuda; foliola utrinque laxius setoso-pilosa; stipulae ovatae, dentatae; thyrsi dense cincinnigeri, cincinnis sessilibus.

In Brasiliae prov. S. Paulo, Rio de Janeiro, Minas Geraës, Espirito Santo et Bahia (nec non in Guiana, ut videtur): Forma 1: St. Hilaire! (Min. Ger.); Sello n. 1273! 1820!; Martius! (Min. Ger., Rio de Jan., S. Paulo); Wilkes Exped.!; Glaziou n. 7551! 7552!; J. de Saldanha!; Neves-Armond n. 105! — Forma 2: Martius! (Rio de Jan.). — Forma 3: Princ. Neu-Wied! (Esp. Santo); Sello n. 207 & 275! partim (partim *Serjania communis* Camb. var.  $\gamma$ .) n. 357! 718!; Beyrich n. 1537! (Bahia); Blanchet n. 914! 1293! 1599! (Bahia); Göldi! (Rio de Jan.); Glaziou n. 12495! — Ad hanc quoque speciem pertinere videtur specimen a Martin in Guiana gallica prope Cayenne lectum, in Hb. Hook. servatum (fructu densius piloso, foliorum rhachi alata), quod scribenti mihi ad manus non est.

## 22. *Paullinia stipularis* Benth.

*Paullinia stipularis* Benth in schedis coll. Spruce n. 1856! (m. Oct. 1851), distrib. 1851—52.

— — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 75, n. 116 etc. (v. indic.).

Scandens, fruticosa; rami thyrsgigeri 4—5-costati, in costis setis robustioribus criniti, sulcis conspicuis glabris interjectis; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata; foliola suboblonga (inferiora ovata), apice breviter acuminata, basi terminale cuneatum, lateralia obtusata, omnia supra medium remotiuscule denticulata, dentibus nervo excurrente mucronulatis, sessilia vel inferiora breviter petiolulata, rigide chartacea, supra glabra, subtus in nervis pilis subsetosis adpersa, glandulis microscopicis breviter stipitatis geniculatis obsita, punctis pellucidis sparsis nec non subtus reti utriculorum laticiferorum interrupto denso instructa, epidermide non mucigera; rhachis alata vel (in forma *nuda*) vix vel ne vix marginata; stipulae scariosae, magnae, ovatae vel suborbiculares, fimbriato-dentatae, extus setulosae; thyrsi solitarii vel paniculatim congesti, pilosi; cincinni sessiles; bractee mediocres, lineari-subulatae; flores parvuli; fructus ut in *P. rubiginosa*.

Formas 2 distinguere par est:

Forma 1. genuina: Rhachis foliorum alata; bractee floresque minores.

Forma 2. *nuda*: Rhachis foliorum nuda vel anguste tantum marginata; bractee floresque majores.

In Brasiliae prov. Alto Amazonas: Forma 1: Spruce n. 1856! Schwacke n. 3750! — Forma 2: Martius!

## 23. *Paullinia seminuda* Radlk.

*Paullinia Cururu* (non L.) Vellozo (Arrabida) Flor. Fluminens. I (1825) p. 160 n. 7 (reimpr. 1881, p. 152); Icon. IV (1827) tab. 35 (sphalmate „*P. Caruru*“); Index method. (1840?) p. 18 c. obs. „non *P. Cururu* L.“ Cf. Radlk. Serj. p. 47, 51.

*Paullinia Caruru* (sphalmate, cf. l. anteced.) Steudel Nomencl. Ed. II, II (1841) p. 277.

*Paullinia seminuda* Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 47, 51 c. syn.

— — — in Wilh. Müller, über Nymphaliden-Raupen, in Spengel Zool. Jahrb. I (1886), Sep.-Abdr. p. 45.

— — — Radlkofer in Serj. Supplem. (1886) p. 181 annot.

— — — Schenck Beiträge zur Anat. d. Lian. (1893) p. 106.

Scandens, fruticosa; rami thyrsgigeri multicostati, pube brevi densa induti; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata; foliola elliptico-oblonga vel terminalia ex obovato-cuneata, apice acuminato-acuta, basi terminale attenuatum, lateralia acutiuscula subrotundave, omnia nunc remotiuscule, nunc densius argutiusque serrata, petiolulata vel sessilia, subclathrato-venosa, chartacea, glabriuscula vel laxe pubescentia, glandulis microscopicis geniculatis saepius pilis apposis obsita, reti utriculorum laticiferorum interrupto plus minus pellucido subtus instructa; rhachis late alata; stipulae conspicuae, elliptico-lanceolatae, tomentosae; thyrsi solitarii vel paniculatim congesti, laxius densiusve pubescentes; bractee minores, subulatae; flores minores; capsula sanguinea (Lund), subglobosa, subsessilis, extus intusque tomento subvillosa adpresso flavo-rufidulo induta; semen obovoideo-globosum, arillo usque ad mediam partem obtectum, testa glabra.

In Brasiliae provinciis Rio de Janeiro, S. Paulo et Santa Catharina: Vellozo (a. 1780—90; „P. Cururu“, in tab. sphalm. „P. Caruru“ cf. lit.); Martius!; Burchell n. 3078! Lund!; Correa de Mello et Mosén!; Dr. Wilh. Müller n. 5603! (Blumenau, prov. Santa Catharina, a. 1884?; cf. Dr. Wilh. Müller in Spengel Zool. Jahrbüch. I, 1886, p. 45, 48); Schwacke n. 5042!; Ule n. 532!; Schenck n. 128! 251! 299! 1166!

Zusatz. Nach der Angabe von W. Müller (a. a. O.) nährt sich von dieser Pflanze die Raupe von *Temenis agatha* Fabr. Das Gleiche wird von ihm für *Serjania meridionalis* Camb. angegeben, deren Blatt ein wesentlich zarteres ist und namentlich durch eine kaum merkliche Behaarung von dem der *Paull. seminuda* abweicht.

#### 24. *P. castaneifolia* Radlk.

Scandens, fruticosa; rami thyrsgigeri multicostati, pube brevi pulverulenta induti; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata; foliola oblonga (terminale plerumque obovato-oblongum, lateralia inferiora ovato-oblonga), apice acuminato-acuta, basi terminale cuneatum, lateralia acuta, omnia remotiuscule argute serrata, petiolulata, subclathrato-venosa, chartacea, glabra, glandulis microscopicis malleoliformibus saepius binis vel ternis congregatis obsita, reti utriculorum laticiferorum interrupto subpellucido subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis nuda; stipulae perparvae, subulatae, tomentellae; thyrsi solitarii vel paniculatim congesti, flavidulo-pubescentes; bractee parvae, subulatae; flores parvi; germen trigono-subglobosum, tomento flavo-rufidulo indutum.

In Brasiliae provincia Rio de Janeiro: Lund! (a. 1825; Hb. Havn., Warming, Mart.).

#### 25. *Paullinia stenopetala* Sagot.

*Paullinia stenopetala* Sagot Catal. des Pl. de la Guiane franç. in Ann. Scienc. nat., VI. Sér., XII (1882) p. 194, excl. obs. „Enoureae affinis“.

Scandens, fruticosa; rami thyrsgigeri teretiusculi vel leviter 3—4-sulcati, e puberulo glabrati; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata; foliola lanceolato-elliptica (inferiora ovata), apice in acumen obtusum protracta, basi terminale cuneatum, lateralia superiora acutiuscula, inferiora subrotundata, omnia remote serrato-dentata, dentibus obtusiusculis, raro subintegerrima, sessilia vel (inferiora) petiolulata, obscurius clathrato-venosa, coriacea, subglabra, glandulis microscopicis plus minus curvatis saepius binis prope pilorum basin obsita, fibris



sclerenchymaticis crebrioribus percursa, reti utriculorum laticiferorum interrupto obscuriore subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis marginata vel nuda; stipulae minores, subulatae; thyrsi plerumque paniculatum congesti, puberuli; bractee parvae; flores parvi; capsula e trigono-ellipsoideo lanceolata, sex-costata, vix stipitata, apiculata, extus pube brevi adpressa densa flavidula induta, nec non intus pubescens; semen obovoideum, arillo usque ad mediam partem obtectum, testa glabra spadicea.

Rami thyrsgeri diametro 2,5—4 mm, cortice fuscescente nitido, lenticellosi. Folia 15—35 cm longa, fere totidem lata; foliola 7—18 cm longa, sicca fuscescentia, supra subtusque nitida, nervis secundariis utrinque 5—7 instructa; petiolus communis 3—12 cm longus, glaber, supra sulcatus, subtus convexus; stipulae circ. 3—4 mm longae. Thyrsi quam folia plerumque aliquanto breviores, teneri, rhachi diametro circ. 1 mm, subsessiles, sat dense cincinnigeri, cincinnis sessilibus contractis; pedicelli circ. 1 mm longi. Sepala duo exteriora tertiam interiorum partem aequantia, interiora 1,5 mm longa, subpetaloidea, glabriuscula. Petala circ. 2 mm longa, anguste obovato-oblonga, unguiculata; squamae vix dimidiam petalorum partem aequantes, superiores crista brevissima emarginata appendiceque deflexa glabriuscula dimidiam squamae partem superante instructae. Tori glandulae ovatae, sat magnae. Staminum filamenta subulata, complanata, glabra. Germen tomentosum, stylo glabro trifido. Capsula circ. 14 mm longa.

In Guiana gallica: Mélinon n. 281! (ad ripas fluminis Maroni, a. 1861—2; Hb. Par., Berol., Monac.); Audouy! (Cayenne; Hb. Par.).

## 26. *Paullinia interrupta* Benth.

*Paullinia interrupta* Benth in Hook. Journ. & Kew. Gard. Misc. III (1851) p. 195;  
 „coll. Spruce“!  
 — — — Walpers Annal. IV (1857) p. 377.  
 — — — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 74 n. 109 etc. (v. indie.).

Scandens, fruticosa; rami thyrsgeri subteretes vel leviter sulcati, pube densa rufidula induti, denique glabrescentes; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata; foliola elliptico-lanceolata, apice acuta, basi acuta vel (inferiora) rotundata, integerrima vel prope apicem obscure raridenticulata, superiora sessilia, inferiora petiolulata, reticulato-venosa, subcoriacea, nitidula, praeter nervos parce pilosos glabra, glandulis microscopicis malleoliformibus saepius binis approximatis obsita, fibris sclerenchymaticis crebrioribus percursa, reti utriculorum laticiferorum interrupto subpellucido subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis nuda; stipulae minores, anguste lanceolatae; thyrsi solitarii, tomentelli; bractee parvae, lanceolatae; flores sat magni; capsula (immatura tantum suppetebat) trigono-globosa, breviter stipitata, apiculata, tomento rufidulo hirtello vestita.

In Brasiliae provincia Pará: Spruce n. 796! (in vicinitate urbis Santarem, m. Apr. 1850, flor. et fruct. juven.; Hb. Benth., Franquev. etc.).

## Sectio III. Pleurotoechus.

27. *Paullinia tomentosa* Jacq.

- Cururu scandens pentaphylla et villosa, fructu racemoso rubro* Houston Catal. mss. (ed. Jacq. in Enum. Pl. Carib. et Mill. in Gardn. Dict.); coll. Houston (Hb. Banks)! Cf. Hist. gen. in Radlk. Serj. p. 30 et infra obs. n. 1.
- Paullinia foliis pinnatis tomentosiss, foliolis ovatis incisiss, petiolis marginatis* Miller, Ph., Gardn. Dict. Ed. VII (1759) n. 7 (ex Carruthers in lit.). Idem specimen ac in anteced.! Cf. Hist. gen. l. c. p. 30 et 35.
- Paullinia tomentosa* (aut. excl. v. ad calc.) Jacquin Enumeratio Plant. Carib. (1760) p. 37, c. syn. Houst.; coll. Houston (Hb. Mygind, adjecta scheda infra syn. Houst. a Millero exscriptum nomine et diagnosi a Jacquin ipso insignita)! Cf. Hist. gen. l. c. p. 29, 30 et infra obs. n. 1.
- — Jacquin Obs. bot. I (1764) p. 19, tab. 10. Icon sec. specimen Herbarii Mygind exsculpta!
- — Jacquin Obs. bot. III (1768) p. 12 (non 13, uti Juss. refert) tab. 61, f. 13. Icon folii in Hb. Jacq., resp. Banks, servati! Cf. Hist. gen. l. c. p. 32, 33.
- — Miller, Ph., Gardn. Dict. Ed. VIII (1768) n. 6; Ed. germ. sec. Ed. VIII elab. III (1776) p. 446, n. 6, c. syn. Houst. et phrasi diagnostica eadem ac in Ed. VII (cf. supra), citatione vero Jacquinii nulla adjecta.
- — Linn. Mant. alt. (1771) p. 236.
- — Raeuschel Nomencl. Ed. I (1772) p. 100.
- — Linn. Syst. Veg. (non Spec., uti Juss. refert) Ed. XIII (cur. Murray, 1774) p. 314, excl. obs. „Petioli communes marginati, sed non inter foliola inferiora“ ad aliam plantam in Hb. Linn. pro *P. tomentosa* habitam (Rhoem semialatam scil.) referenda; cf. Hist. gen. in Radlk. Serj. p. 21, 25 nec non infra Lit. ad calc. et obs. n. 1.
- — Houttuyn Natuurl. Historie II, 4 (1775) p. 563, n. 13; Ed. germ. III (1778) p. 493, n. 13.
- — Reichard Syst. Pl. II (1779) p. 219, n. 13, excl. obs. ex Linn. S. V. Ed. XIII repetita; cf. supra.
- — Buchoz Hist. univ. du Règne végét. XIII (1780) p. 184, n. 13.
- — Murray Syst. Veg. (Linn. S. V. Ed. XIV, 1784) p. 380, n. 14, excl. obs. ex Linn. S. V. Ed. XIII repetita; cf. supra.
- — Gmelin Syst. Nat. II (Linn. S. N. Ed. XIII, 1791) p. 642, n. 16.
- — Schumacher Skrivt. Nat. Selskab. III, 2 (1794, Dissert. lect. m. Oct. 1792) p. 121, n. 3, tab. 10, f. 3 (fructus). (Hb. Banks!)
- — Persoon Syst. Veg. (Linn. S. V. Ed. XV, 1797) p. 406, n. 14, excl. obs. ex Linn. S. V. Ed. XIII repetita; cf. supra.
- — Raeuschel Nomencl. Ed. III (1797) p. 114, excl. indicatione patriae: „Brasilia, Jamaica“.
- — Willden, Sp. Pl. II, 1 (1799) p. 463, n. 11, excl. obs. ex Linn. S. V. Ed. XIII repetita; cf. supra.
- — Du Mont de Courset le Botaniste cultivateur II (1802) p. 768, n. 5; Ed. II, IV (1811) p. 549, n. 5. Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 67, nec non infra obs. n. 3.



- Paullinia tomentosa* Jussieu, A. L., in Ann. Mus. d'Hist. nat. IV (1804) p. 347, n. 7, excl. ex parte cit.: „Linn. Sp. ed. Murr. 314, ed. Willd. II, 463“ ut supra, nec non excl. charact.: „Caulis angulatus; foliola vetustate glabra“ et patriae indicat.: „Ins. Antillanae“ ad specimen *Paulliniae* pinnatae a Ledru in Porto-Rico lectum et in Herb. Juss. sub nomine *P. toment.* et n. 11359 servatum referend.; cf. loc. sequent. et obs. n. 3 ad *P. pinnat.* p. 153.
- — Poiret in Lamarck Encycl. V (1804) p. 98, n. 7, excl. ex parte cit.: „Willd. Spec.“ ut supra, nec non excl. descript. caulis („cette plante a ses rameaux presque quadrangulaires, anguleux, légèrement velus“) et foliolorum („folioles épaisses, coriaces, glabres et luisantes en dessus, pubescentes en dessous“) atque obs.: „Le citoyen Ledru l'a observée à Porto-Rico. Folia et flor. non fruct. v. s. in Herb. Jussieu.“ Cf. loc. anteced.
- — Persoon Synops. I (1805) p. 443, n. 12.
- — Dietrich, Fr. G., Gartenlexicon VI (1806) p. 712, n. 13.
- — Smith in Rees Cyclopaed. XXVI (ca. 1814, cf. lit. gen.) n. 14, excl. indic. patriae: „South-America“ et ex parte cit.: „Willd. Sp. n. 11“, ut supra, incl. vero specim. Houston. ad Vera Cruz lect.; quoad obs. de Linn. Herb. cf. Lit. ad calc. et obs. n. 1.
- — Steudel Nomencl. Ed. I (1821) p. 597, excl. ex parte cit.: „Willd. n. 11“, ut supra.
- — De Cand. Prodr. I (1824) p. 605, n. 14, excl. patriae indicat.: „Ins. Antillan.“ et obs.: „Folia vetusta subglabrata“ ex Juss. repetit.; cf. supra.
- — Sprengel Syst. Veg. II (1825) p. 249, n. 21, excl. patriae indic.; cf. anteced.
- — Poiret in Dict. Scienc. nat. XXXVIII (ed. Levrault, 1825) p. 150, excl. excludend.; cf. supra sub Poiret (1804).
- — Cambessed. in Mém. Mus. d'Hist. nat. XVIII (1829) p. 23.
- — Don General Syst. I (1831) p. 661, n. 24, excl. excludend. ut supra sub DC.
- — Dietrich, Dav., Synops. Pl. II (1840) p. 1315, n. 21. (Sequitur Sprengelium.)
- — Steudel Nomencl. Ed. II, II (1841) p. 278, excl. patriae indic., ut supra sub DC. et Spr.
- — Grisebach Flor. Brit. West Ind. Isl. (1859—64) p. 125 in obs., excl. patriae indic., ut supra sub Poir., Juss., DC., Spr. etc.
- — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 70 n. 15 etc. (v. indic.), c. synonym., et in Serj. Suppl. (1886) p. 162.
- — Radlkofer in Rose Report etc., Contrib. from the U. S. National Herb. I, No. 9 (1895) p. 318; coll. Palmer n. 1248! Cf. ibid. p. 297, 299.
- Paullinia pteropoda* De Cand. Prodr. I (1824) p. 605, n. 19; species proposita sec. „icon. Fl. Mexic. ined.“ auct. Mociño & Sesse, cujus vidi copiam in Bibl. De Candolleana. Cf. Radlk. Serj. p. 44, 70 et infra obs. n. 1.
- — Sprengel Syst. Veg. II (1825) p. 249, n. 26.
- — Cambessed. in Mém. Mus. d'Hist. nat. XVIII (1829) p. 23.
- — „?“ Schlechtend. et Chamisso in Linnaea V (1830) p. 215, n. 441; coll. Schiede et Deppe!
- — Don General Syst. I (1831) p. 661, n. 29.
- — Dietrich, Fr. G., Gartenlexic. XXVI (s. Neuer Nachtrag VI, 1837) p. 434, n. 8.
- — Dietrich, Dav., Synops. Pl. II (1840) p. 1315, n. 26.

- Paullinia pteropoda* („Linn. Moç. Sess.“ sphalmate, loco DC., Moç. Sess.) Steudel Nomencl. Ed. II (II 1841) p. 278.  
 — — — Hemsley in Salvin & Godm. Biol. Centr.-Am., Bot. I (1879—81) p. 210 n. 8. Coll. Schiede et Deppe!, Bourgeau n. 1523! 1894!
- Paullinia velutina*, non „DC.“, Hemsley l. c. p. 210 partim, nempe quoad Sallé (Orizaba)! et Bourgeau n. 2675 — potius 2655!
- Paullinia spec.* Hemsley l. c. p. 210, n. 13, coll. Linden 1023! Sumichrast 305!; p. 211, n. 14, coll. F. Müller 1282!, Bourgeau n. 2619! 2675 — potius 2655!, Jürgensen n. 521! (cf. et sub „Serj. sp.“ Hemsl.).
- Serjania triquetra*, non „Radlk.“, Hemsley l. c. p. 208 n. 33 partim, nempe quoad stirpem Orizabensem „Botteri n. 427“, potius 426, quam in Hb. Kewensi *S. triquetrae* adjectam inveni. Cf. Radlk. Serj. Suppl. p. 155.
- Serjania spec.* Hemsley l. c. p. 208 n. 37 „Jürgensen n. 521“, ibid. p. 211 sub „Paull. spec. n. 14“ quoque enumerat. Cf. Radlk. Serj. Suppl. p. 162.
- Paullinia brevispica* Fournier in schedis Plantar. mexican. a Kerber a. 1882 collectar., n. 134. Non *Paullinia tomentosa* Linn. Herb. ed. Smith c. obs. „*Rhus sp.?*“ l. supra e., quae *Rhus semialata* Murr.; cf. obs. n. 1, nec non Hist. gen. in Radlk. Serj. p. 21 et 25, et Radlk. Serj. Suppl. p. 48.
- Non — — („Linn.“) Balbis in coll. Bertero ed. Turczanin. in Bull. Mosc. XXXI (1858) Pars I, No. 2, p. 398; cfr. *P. fuscesc.* Kunth.
- Non — — („Jacq.“) Juss. partim et Poir. partim, ut supra indicatum; cfr. *P. pinnata* L. em.

Scandens, fruticosa, tomentosa; rami thyrsgigeri teretiusculi, striati, tomento flavo induti; corpus lignosum simplex; folia 5-foliolato-pinnata, interdum foliolo terminali rarius foliolis lateralibus inferioribus trilobis in folia magis composita transeuntia; foliola ovata, terminale subrhombeum, basi attenuatum, lateralia superiora basi acuta vel obtusiuscula sessilia, inferiora basi rotundata vel subcordata petiolulis brevibus insidentia, omnia apice plus minus acuta et saepius mucronulata, remote serrato- vel crenato-dentata, dentibus nunc acutis nunc obtusis, membranaceo-chartacea, reticulato-venosa, supra praesertim in nervis pubescentia, subtus tomentosa nec non saepius in axillis nervorum venarumque barbata, glandulis microscopicis nutantibus crebris obsita, utriculis laticiferis ramificatis subtus instructa, epidermide mucigera; rhachis alata; stipulae minores, filiformi-subulatae; thyrsi solitarii vel paniculatim congesti; bractee bracteolaeque parvae, filiformi-subulatae; flores minores, sepalis cano-tomentellis, 3. et 5. omnino liberis; capsula (matura) trigono-subglobosa, trisulca, subsessilis vel breviter stipitata, extus tomentosa, intus pilis longis densis vestita; semen subglobosum, glabrum, arillo dorso fisso usque ad mediam partem obtectum; embryo oleosus, cotyledone interiore transversim plicata.

Rami thyrsgigeri diametro 2—4 mm. Folia 10—12 cm longa; foliola 3—6 cm longa (terminalia majora), sicca subviridia, supra obscuriora; petiolus communis 1—2,5 cm longus, tomentosus; rhacheos alae 1—1,5 mm utrinque latae; stipulae circ. 4 mm longae. Thyrsi 5—20 cm longi, brevis longiusve pedunculati, tenuiores, laxius cincinnigeri, cincinnis sessilibus contractis; bractee circ. 2 mm longae; pedicelli 2—3 mm longi, infra medium articulati. Flores „albi“ (Galeotti etc.). Sepala duo exteriora duas interiorum tertias aequantia, interiora membranaceo-chartacea, circ. 2,5 mm longa. Petala ovalia vel obovata; squamae latae, cristis adjectis duas petalorum tertias aequantes, margine villosiusculae, superiores crista breviora emarginata appendiceque deflexa fere squamae basin attingente vel breviora barbata instructae. Tori glandulae ovatae, nunc glabrae nunc pubescentes. Staminum filamenta



compressiuscula, pilis albis laxius vestita; antherae glabrae. Germen sessile, tomentosum, stylo brevi. Capsula 1—1,5 cm longa adjecto stipite interdum 3 mm longo, plerumque brevior. Semen spadiceo-nigrum.

In Mexico: Houston! (Vera Cruz, a. 1730; Hb. Banks, nunc Mus. Brit.; Hb. Mygind c. nom. „Paull. tomentosa“ a Jacquin ipso adscripto, cf. supra Lit.); Mociño & Sesse (a. 1795—1804; icon!; „Paull. pteropoda“ DC. 1824, cf. Lit.); Schiede et Deppe! (n. 441, cf. Lit. sub P. pterop.; in sylvis prope Jalapa, a. 1828—9, flor.; Hb. Schlechtend., nunc Halense; Hb. Monac., Berol., Vindob., Petrop.); Ehrenberg n. 1032! (S. Pablo, m. Febr. 1828—31, fruct.; Hb. Berol.); Linden n. 897! (Hb. Martens), n. 1023! (Teapa, m. Dec. 1838, flor.; Hb. Webb, Hook.); Liebmann n. 39! (Tlatetla m. Jul. 1841, flor., Hb. Havn.), n. 40! (Pacheco, m. Jun., flor.), n. 41!; Galeotti n. 4308! (prov. Vera Cruz, Cordillera, Mirador „alt. 3000 ped.“, m. Oct. 1840, flor.; Hb. Bruxell., Par.), n. 4311! (prov. de Oaxaca, Villa alta, „alt. 3000—4000 ped.“, m. Aug. 1840, flor.; Hb. Bruxell., Par., Deless.); Franco! (Oaxaca, a. 1842; Hb. Boiss., Franquev., Martens, Vindob.); Jürgensen n. 521! (Villa alta, Sierra S. Pedro Nolasca, Talea etc., a. 1843—4; Hb. Boiss., Webb, Meisn., Hook., Benth.); Fred. Müller n. 221! (Vera Cruz; Hb. Meisn.), 535! (Sierra de S. Cristobal, Hb. Meisn.), 1282! (inter Vera Cruz et Orizaba a. 1853; Hb. Meisn., Mart., Hook.), 1940! (Hb. Meisn.); Botteri n. 427 t. Hemsley sub Serj. triquetra R., potius n. 426! (Orizaba; Hb. Gotting., Hb. Kew., ubi Serj. triquetrae adjectam inveni); Sallé n. 305? vel sine no.! (Orizaba, m. Sept. 1854, flor. et fr.; Monte de la Parada; Hb. Boiss., DC., Mus. Brit., Kew.; „P. velutina“, non DC., Hemsley l. c.); Sumichrast n. 305! (Vera Cruz, a. 1857; Hb. Boiss., DC., Hook.; circa Mexico; Hb. Franquev.); Sartorius! (a. 1854—74; Hb. Berol.); Bourgeau n. 1! (Hb. Par.), 1523! („Vallée de Cordova“ m. Dec. 1865, flor. et fruct.; Hb. Par., Kew., Bruxell., DC., Boiss.), 1894! (ibid. m. Febr. 1866, fruct.; Hb. Par., Kew., Bruxell., Mart.), 2619! („Région d'Orizaba“, m. Jul. 1866, flor.; Hb. Par., Bruxell. etc.), 2655! (ibid.; Hb. Par., Bruxell. etc.; sphalmate 2675 apud Hemsley sub Paull. velutina DC. et Paull. spec. n. 14, cf. Lit.); Kerber n. 134! (Atoyac, m. Nov. 1882 flor.; Hb. Kew., Gotting., DC., Boiss. distrib. sub nom. „Paullinia brevispica Fourn.“), n. 400 (Fortin, m. Mart. 1883, fruct.; Hb. Gotting., Boiss. etc., distrib. sub nom. „Paull. pteropoda DC.“); Palmer n. 1248! (Mexico: Colima, Jan.—Febr. 1891, flor. et fruct.).

Culta? in hortis urbis Honolulu insulae Sandwicensis Oahu: Wawra n. 2500! (Hb. Vindob. „Erdumsegelung S. M. Fregatte Donau 1868—71“); cf. obs. n. 3.

Zusatz 1. Die Geschichte der Art ist in der Gattungsgeschichte (s. die Monographie von *Serjania*) schon vollständig enthalten. Nur um der rascheren Orientirung des Lesers willen mögen hier in gedrängter Zusammenstellung die wesentlichsten Punkte nochmal hervorgehoben sein.

Die Pflanze war lange — an 100 Jahre lang — nur aus der Sammlung von Houston bekannt.

Ein Exemplar dieses Sammlers liegt im Herb. Banks (im britischen Museum), nach der dort beigefügten Notiz i. J. 1730 bei Vera Cruz gesammelt. Dabei befindet sich von der Hand Houston's die auch im handschriftlichen (gleichfalls im britischen Museum aufbewahrten) Cataloge Houston's eingetragene Phrase („*Cururu scandens pentaphylla et villosa*“ etc., s. d. Literatur), durch welche der Finder selbst die Pflanze als besondere Art (gegenüber den Plumier'schen Arten namentlich) gekennzeichnet hatte; ferner von der Hand Ph. Miller's die diagnostische Phrase, unter welcher die Pflanze in der 7. Auflage von dessen Gartenlexicon (1759) veröffentlicht wurde (s. d. Lit.).

Ein anderes Exemplar aus der Houston'schen Sammlung scheint schon vor der eben erwähnten Veröffentlichung an Mygind gekommen zu sein, vielleicht durch Miller selbst (vergl. hiezu das in der Gattungsgeschichte, p. 29—31 der Monographie von *Serjania* Gesagte). Es liegt diesem Exemplare, welches jetzt dem Herbare der Universität Pesth einverleibt ist und welches mir, Dank der Güte des Herrn Professor Juranyi, zur Einsicht vorlag, eine Etiquette mit der Houston'schen Phrase, aber auch nur dieser, von Miller's Hand bei.

Dieses Exemplar ist es, auf welches Jacquin in der Enumeratio Plantar. Caribaear. 1760 unter Erwähnung der Houston'schen Phrase seine *Paullinia tomentosa* gründete und welches er unter Bezugnahme auf diese Publication 1764 in den Observat. botan. abbildete.

Es stimmt dieses Exemplar genau mit der Abbildung Jacquin's überein; nur fehlt an demselben das unterste Blatt, und liegt auch der von Jacquin erwähnte und gezeichnete, isolirte Fruchtzweig nicht mehr bei. Seine Diagnose trug Jacquin nebst dem Speciesnamen und der Bemerkung „Nova species“ eigenhändig am Fusse derselben Etiquette ein, welche schon die Phrase Houston's von Miller's Hand trug. Eine andere Etiquette enthält von Mygind's Hand die Bezeichnung: „*Paulinia tomentosa* Linn. Mant. 2 p. 236.“

Das fehlende Blatt ist allem Anscheine nach in das Herb. Jacquin übergegangen, wurde in den Observat. botan. 1768 nochmal abgebildet und gelangte schliesslich mit dem Herb. Jacquin in den Besitz von Banks, in dessen Herbar es sich neben dem erst erwähnten Exemplare der Pflanze von Houston noch gegenwärtig (im britischen Museum) befindet.

Ob Miller bei der Erwähnung der Pflanze in der 8. Auflage des Gartenlexicons, 1768, die Publication von Jacquin gekannt habe, oder ob er hier nur zufällig auf denselben Speciesnamen wie Jacquin „*Paullinia tomentosa*“ verfallen ist, bleibt ungewiss. Die grössere Wahrscheinlichkeit hat das Letztere für sich, da Miller an dieser Stelle nur seine eigene frühere diagnostische Phrase und die von Houston, nicht aber die von Jacquin anführt.

Linné erwähnt die Pflanze in der 2. Ausgabe der Spec. Plant., 1762, noch nicht, obwohl er, wie aus anderen Stellen hervorgeht, um diese Zeit die Enumeratio von Jacquin bereits kannte. Erst in die Mantis, 1771, nahm er dieselbe aus Jacquin's späterer Publication (Observ. III, 1768) herüber.

Wohl aus späterer Zeit noch stammt die Pflanze, welche Linné aus dem Garten zu Upsala (ohne dieselbe aber etwa in seinem Hortus Upsal., 1748, wie die *Gouania domingensis*, als *Paullinia* erwähnt zu haben) irrtümlicher Weise unter dem Namen *Paull. tomentosa* in sein Herbar übertrug, und nach welcher die von ihm selbst noch, wie ich in der Gattungsgeschichte, p. 25 der Monographie von *Serjania*, dargethan habe, herrührende Bemerkung im Syst. Veget. Ed. XIII, cur. Murray, 1774 (und Ed. XIV, 1784), eingefügt wurde: „Petioli communes marginati, sed non inter foliola inferiora“. Smith hat mit Beziehung hierauf unter *Paull. tomentosa* in Rees Cyclopaedia XXVI, 1814, schon treffend bemerkt: „Linnaeus had for this a totally different plant in the Upsal Garden with a large leaf like a *Rhus*, to which his remark in both Editions of Syst. Veget. refers.“

Dass für die Pflanze ein ganz ähnlicher Vulgärname angeführt wird, wie für die *Paull. Vespertilio*, ist bei ihrer Aehnlichkeit mit dieser nicht befremdend. Befremdend aber ist das Ungeeignete dieses Namens für beide Arten, wovon schon unter *Paull. Cururu* in Zusatz 3 die Rede war.

Ueber die Herkunft der oben angeführten Materialien ist leider mehrfach eine befriedigende Auskunft nicht zu erlangen gewesen. Zu „Nyst“ bemerke ich, dass derselbe Director des früheren Gartens zu Brüssel war.

## Sectio XII. Caloptilon.

### 81. *Paullinia trilatera* Radlk.

Scandens, fruticosa, subhirsuta; rami trilateri, angulis acutis breviter jubato-setosis; corpus lignosum compositum e centrali majore et periphericis 3 minoribus angulos efficientibus; folia 5-foliolato-pinnata; foliola terminalia subrhombea, lateralia superiora oblongo-lanceolata, inferiora ovata, omnia apice longius acuminata, basi terminale cuneatum, in petiolulum attenuatum, lateralia acuta vel rotundata, omnia remote obsoleteque serrato-dentata, breviter petiolulata, membranacea, supra glabra, subtus subhirsuta nec non glandulis microscopicis fuscis curvatis obsita, impunctata, utriculis laticiferis subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis submarginata; stipulae insignes, lanceolatae; thyrsi perbreves, in ramis adultioribus ad axillas foliorum glomerato-congesti; flores mediocres, longius pedicellati; capsula e late obovato vel obcordato in stipitem longum attenuata, insigniter trilata, alis superne parte seminifera paullo tantum angustioribus, basi angustatis, per totum valvarum dorsum decurrentibus, extus glabra, intus dense pilosa. Semen ellipsoideum, pilosiusculum, arillo dorso fisso ventre profunde sinuato usque ad medium obtectum.

In Brasilia: Martius! (verosimiliter in sylvis ad Ega, prov. Alto Amazonas, a. 1819, quia in Herbario Monac. servata fuit inter specimina alius speciei in loco indicato collecta).

### 82. *Paullinia mallophylla* Radlk.

Scandens, fruticosa, pubescens; rami 3—5-angulares, sulcati, praesertim ad angulos hirtelli; corpus lignosum (basi simplex, altius) compositum e centrali majore et peripherico 1 minore; folia impari-pinnata, 3-juga, jugo infimo ternato; foliola ex oblongo lanceolata (terminalia latiora, subrhombea), apice acuta, basi terminalia longe attenuata, lateralia acuta, omnia supra medium remote grosseque serrato-dentata, terminalia dente infimo majore subtrilobata, subsessilia, membranacea, subtus pube brevi mollia nec non glandulis microscopicis curvatis fuscis obsita, punctis lineolisque pellucidis crebris notata, reti utriculorum laticiferorum subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis nuda vel superne submarginata, hirtella; stipulae sat longae, lineari-subulatae; thyrsi in ramis adultioribus ad foliorum cicatrices nec non in axillis foliorum glomeratim congesti, puberuli; alabastra puberula.



Rami diametro 2—3 mm, cortice nigro-fusco. Folia circ. 20 cm longa, 15 cm lata, supra nitida; foliola margine plus minus revoluta ciliolataque, lateralia circ. 9 cm longa, 3,5—4 cm lata, terminalia majora; petiolus hirtellus; stipulae 4—6 mm longae, puberulae. Thyrsorum glomeruli 1,5 cm non superantes.

In Costa-Rica: Oersted! (ad Ujaras m. Febr. 1847, flor.; inter Tortuga et Sapoa, m. Maj. 1847, flor.; Hb. Havn.).

### 83. *Paullinia ternata* Radlk.

Scandens, fruticosa, glabra; caulis et rami teretes; corpus lignosum simplex; folia ternata, longius petiolata; foliola oblonga, obtuse acuminata, terminale in petiolulum longiuscule attenuatum, lateralia e basi ovata in petiolulos breviores abruptius contracta, omnia remote et obtuse dentata, tenuiter membranacea, glabra, nec nisi subtus in axillis nervorum barbata, glandulis microscopicis geniculatis adspersa, minutim pellucide punctata retique utriculorum laticiferorum pellucido subtus instructa, epidermide non mucigera; petiolus nudus; stipulae mediocres, lineari-subulatae; thyrsi in caulis parte inferiore ad nodos vetustos glomeratim vel (pauciores et longiores) fasciculatim congesti; flores inter minores, glabri; capsula anguste triangulari, e late obovato suborbicularis, subestipitata, extus subglabra, intus pube brevi vestita; semen ellipsoideum, glabrum.

In Brasiliae provincia Rio de Janeiro(?): Glaziou n. 10432! (a. 1880). (Huc quoque, ut videtur, inflorescentiae solae a Cl. Martio et a principe Neu-Wied collectae, in Hb. Monac. et Bruxellensi servatae.)

### 84. *Paullinia cauliflora* Jacq.

- Paullinia cauliflora* Jacquin Collectan. IV (1790) p. 176, n. 476! (Vidi specimen ex Hort. Schoenbr. proven. in Hb. Jacq. fil., nunc Vindob.) Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 64, 65.
- — Jacquin Icon. Plant. rarior. III (1786—93) p. 3, tab. 458 (non 450, uti Persoon, De Cand., Endl. et Baillon referunt)! Cf. l. antec.
- — Willden, Sp. Pl. II, 1 (1799) p. 463, n. 12, excl. signo †, i. e. plant. dub.
- — Poirlet in Lamarek Encycl. V (1804) p. 97, n. 5.
- — Jussieu in Ann. Mus. d'Hist. nat. IV (1804) p. 349, n. 19.
- — Persoon Synops. I (1805) p. 443, n. 19, excl. obs. sub n. 18 facta: „Sapindis minus affinis species est, alia ad genera forte amandanda.“
- — Dietrich, Fr. G., Gartenlexicon VI (1806) p. 710, n. 4.
- — Smith in Rees Cyclopaed. XXVI (ca. 1814, cf. lit. gen.) n. 15.
- — Desfontaines Tableau de l'École de Botanique etc., Ed. II (Paris 1815) Suppl. p. 272! Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 65.
- — Steudel Nomencl. Ed. I (1821) p. 597.
- — De Cand. Prodr. I (1824) p. 606, n. 33.
- — Sprengel Syst. Veg. II (1825) p. 250, n. 30.
- — Poirlet in Dict. Scienc. nat. XXXVIII (ed. Levrault, 1825) p. 150.
- — Cambessed. in Mém. Mus. d'Hist. nat. XVIII (1829) p. 23.
- — Schrank & Martius Hort. reg. Monacens. (1829) p. 161. Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 65.
- — Desfontaines Catal. Plant. Hort. reg. Paris., Ed. III (1829) p. 230. Cf. supra Ed. II (Tableau etc. 1815).
- — Sweet Hort. Britann. (1830) p. 84. „Cult. 1821.“ Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 65.

- Paullinia cauliflora* Loudon Hort. Britann. (1830) p. 159. „Cult. 1822.“ Cf. Hist. spec. cult. l. c.
- — Don General Syst. I (1831) p. 661, n. 30. „Cult. 1822.“ Cf. anteced.
- — Loddiges Catalogue of Plants etc., Ed. XVI (London 1836) p. 18. Cf. Hist. spec. cult. l. c.
- — Dietrich Synops. Pl. II (1840) p. 1315, n. 39.
- — Heynhold Nomencl. bot. hortens. I (1840) p. 591. Cf. Hist. spec. cult. l. c.
- — Steudel Nomencl. Ed. II, II (1841) p. 277.
- — Donn Hort. Cantabrig. Ed. XIII (1845) p. 265. „Cult. 1821.“ Cf. Hist. spec. cult. l. c.
- — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 70 n. 19 etc. (v. indic.).

Scandens, fruticosa, glabra; rami teretiusculi leviter sulcati, glabri; corpus lignosum simplex; folia impari-pinnata, 3—4-juga, jugo infimo ternato; foliola ex ovato lanceolata, apice subacuta, basi terminale plus minus cuneatum, lateralia superiora acutiuscula, inferiora obtusata et inaequilatera, latere interiore (superiore) majore, omnia sessilia, integerrima vel interdum rarodentata, membranacea, glabra, glandulis microscopicis geniculatis subtus obsita, obscure pellucide punctata et lineolata, nec non reti utriculorum laticiferorum subpellucido subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis superne marginata; stipulae conspicuae, oblongae vel lanceolatae; thyrsi in ramis adultioribus ad nodos defoliatos nec non in junioribus ad axillas foliorum glomeratim congesti, cirris interdum axillaribus apice biramosis juxtapositis, rarius singuli perbreves apicem cirri (pedunculi) biramosi efficientes, glabri; flores inter minores, glabri; capsula trialata, ellipsoidea, sessilis, extus glabrata, intus pubescens; semen ellipsoideum, pilis brevibus subretorsis adpersum, infra medium arillo obtectum.

„Frutex 15-pedalis, trunco cinereo tereti pollicem crasso“ (Jacquin). Rami juniores diametro circ. 2 mm, laeves, adultiores circ. 5-millimetrales, lenticellis crebris exasperati. Folia 12—15 cm longa, 8—12 cm lata; foliola vix nitidula, sicca pallide viridia, circ. 6 cm longa, 2,5 cm lata; petiolus communis 2—4 cm longus, supra sulcatus, rhacheos segmenta 1,5—2 cm longa; stipulae 5—7 mm longae, 1,5—3 mm latae, glabrae. Thyrsi 0,5—1 cm longi; bracteae bracteolaeque minimae; pedicelli 3—4 mm longi, teneri, glabri. Flores albi (Fendler), odorati (Gollmer; inodori in stirpe culta, t. Jacquin). Sepala duo exteriora dimidiam interiorum partem vix aequantia, glabra; interiora ovalia, circ. 3 mm longa. Petala alba (Gollmer), ex obovato ovali-oblonga, plus minus unguiculata; squamae crista apice acutiuscula adjecta dimidiam petalorum partem vix superantes, latiores, margine villosiusculae, superiores appendice brevi barbata instructae. Tori glandulae subrotundae, puberulae, ut et torus ipse. Staminum filamenta complanata, glabra. Germen pilis flavis tomentosum. Capsula rubra (Fendler), 1,4 cm longa, alis 2—3 mm latis adjectis totidem lata. Semen 1 cm longum, 8 mm latum, spadiceum.

In Venezuela: Jacquin!, resp. Märter et Bredemeyer („in sylvis ad Caracas“; culta in Hort. Schoenbrunnensi, m. Oct.—Jan. ca. 1790, flor.; Hb. Jacq. fl. in Hb. Vindob.); Gollmer! (Caracas, La Guayra, Ponte Mulato, m. Jul. 1833, flor.; Hb. Berol.); Moritz n. 1934! (ca. 1837; Mus. Brit.); Otto n. 905! (Venezuela, Topade — si recte lego —, m. Jul. 1840, flor.; Hb. Berol.); Fendler n. 200! (inter Caracas et La Guayra, alt. 2000—3000 ped., m. Febr. 1854, Aug. 1855, flor. et fruct., Hb. Griseb.; prope colon. Tovar, 1854—55, flor. et fruct., Hb. Hook.).

Culta olim in Horto Schoenbrunnensi! (cf. supra sub Jacquin), nec non in H. Paris.!, ubi vivam vidi a. 1867 (nec non specim. sicc. in Hb. Decaisne, nunc Bruxell.).



### 85. *Paullinia glomerulosa* Radlk.

*Paullinia spec.* Hemsley in Salvin & Godm. Biol. Centr.-Am., Bot. I (1879—81) p. 211, n. 20. Coll. Sutton Hayes 391!

— — Anales del Museo Nacional, República de Costa Rica, I (1888) Pars 2, p. 20 (secundum Biol. Centr.-Am. enumerata c. indicat. „Panama“).

Scandens, fruticosa, hirtella; rami teretiusculi, striati, petiolique pilis adpersi vel glabrati; corpus lignosum simplex; folia impari-pinnata, 3—5-juga, jugo infimo ternato vel 5-foliolato-pinnato, secundo interdum ternato; foliola lanceolata, apice longius breviusve acuminata, basi terminale cuneato-attenuatum, lateralia superiora acutiuscula, sessilia, inferiora basi oblique ovata (latere interiore majore) in petiolulos contracta, omnia serrato-dentata, membranaceo-chartacea, pilis brevibus praesertim in nervis margineque adpersa, glandulis microscopicis geniculatis subimmersis obsita, reti utriculorum laticiferorum subpellucido subtus instructa nec non interdum punctis lineolisque ramificatis pellucidis notata, epidermide non mucigera; rhachis superne marginato-alata; stipulae minores, lanceolatae; thyrsi in axillis foliorum et ad nodos defoliatos glomeratim congesti, perbreves, glabri; capsula trialata, late obovata, sessilis, extus subglabrata, intus pubescens; semen trigono-ovoideum, retrorsus pilosiusculum, arillo fere usque ad mediam partem obtectum.

Rami diametro circ. 2 mm, cortice griseo. Folia 12—20 cm longa, 8—12 cm lata; foliola nitidula, sicca e viridi fusca, margine ciliolata et revoluta subplanave, 4—6 cm longa, 1,5—2,5 cm lata; petiolus communis 1—8 cm longus, supra sulcatus, rhacheosque segmenta 1—1,5 cm longa, pilis sparsis brevibus hirtello-puberula; stipulae circ. 5 mm longae, 1—2 mm latae, ciliolatae. Thyrsi circ. 5 mm longi; bracteae bracteolaeque minimae; pedicelli circ. 3 mm longi. (Flores non visi.) Capsula circ. 1 cm longa, alis 2—3 mm latis adjectis fere totidem lata. Semen circ. 8 mm longum, 5 mm latum, subspadiceum.

In Mexico, Panama et Venezuela: Haencke! (Mexico a. 1789—94; Hb. Prag.); Karsten n. 176! (Venezuela, Puerto Cabello, a. 1843—56; Hb. Berol.); Moritz Wagner n. 563! 561! (Panama, Maume et Gorgone m. Jan. 1858, fruct.; Hb. Monac.); Sutton Hayes n. 391! (Panama, m. Jul. 1861, flor.; Hb. Hook.); Warming n. 277! (Venezuela, Las Trincheras, m. Dec. 1891, fruct.).

### 86. *Paullinia tenera* Poeppig.

*Paullinia tenera* Poeppig et Endlich. Nov. Gen. et Spec. Plant. III (Decemb. 1844) p. 37, n. 3, tab. 243 fig. a—1 (nec „b“, uti Walpers refert)!

— — Walpers Repert. II (1843!!) p. 814, n. 3.

— — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 74 n. 99 etc. (v. indic.).

Scandens, fruticosa, setosa; rami juniores 5—6-angulares, leviter sulcati, petiolique pilis setosis rufis hirsuti; corpus lignosum simplex; folia impari-pinnata, 4-juga, jugo infimo ternato; foliola ex anguste lanceolato sublinearia, apice acutissima, basi acuta, subsessilia, integerrima, subchartacea, glabra, viridia, glandulis microscopicis raris cernuis obsita, punctis pellucidis nullis, reti utriculorum laticiferorum interrupto subpellucido subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis superne marginata vel anguste alata; stipulae conspicuae, subulato-lanceolatae; thyrsi „in caule inferne nudo“ (Poeppig) ad nodos defoliatos glomeratim congesti, glabri; flores parvi, glabri; capsula (ex Poeppig) obovata, alis angustis terminalibus ornata, glabra.

Caulis „scandens, radicans, inter muscos repens, inferne simplex, nudus“ (Poeppig). Rami juniores diametro circ. 2 mm, cortice flavido-viridi, adultiore crassiores, sub epidermide grisea cortice fusco vestiti. Folia circ. 20 cm longa, totidem lata; foliola nitida, sicca saturate viridia, 7—11 cm longa, 1—2 cm lata; petiolus communis setoso-hirsutus; supra sulcatus, 2—4 cm longus, rhacheos segmenta circ. 2 cm longa; stipulae 0,5—1 cm longae, 1—2,5 mm latae, margine hirsutae. Thyrsi circ. 1 cm longi; bracteae bracteolaeque parvae, subulatae, apice setosae; pedicelli circ. 4 mm longi, teneri. Flores albidi (Poeppig). Sepala duo exteriora fere duas interiorum tertias aequantia, glabra, interiora oblongo-ovalia, circ. 3 mm longa. Petala oblonga, plus minus unguiculata; squamae duas petalorum tertias aequantes, latae, margine villosiusculae, superiores crista brevi apice emarginata appendiceque deflexa barbata instructae. Tori glandulae e basi latiore fere lanceolatae, pubescentes. Staminum filamenta compressiuscula, pilis albis pubescentia; antherae glabrae. Capsula (ex Poeppig) nuclei cerasi magnitudine, cinnabarina. Semina (ex eod.) „arillo bilobo fungoso albo sustenta, hinc convexa, illinc plana, extus viridia“ (glabra?).

In Peruvia subandina ad Cuchero: Poeppig n. 1090! („in truncis vestitis“; „in sylva ad Pampayaco“; m. Jul. 1829, flor.).

Zusatz. Ueber die Verwendung der Pflanze berichtet Pöppig, dass sie als grobes Bindematerial benützt werde. Irrthümlich ist dessen Angabe: „calyx tetraphyllus“. Die oberen Blumenblätter nennt derselbe die unteren und beschreibt Kamm und Anhängsel ihrer Schuppen als ein einheitliches Gebilde, auch in der Zeichnung davon keine klare Anschauung gebend.

### 87. *Paullinia apoda* Radlk.

*Paullinia hispida* (non Jacq.) Triana & Planch. Prodr. Flor. Novo-Granat., Ann. Scienc. nat., IV. Sér., XVIII (1862) p. 355, n. 10, quoad specim. a Triana ad ripas flum. Magdalena et a Goudot ad ripas flum. Seco collect.!

Scandens, fruticosa, pilosiuscula; rami striati, hirtello-puberuli; corpus lignosum simplex; folia imparipinnata, 3-juga, jugo infimo partim ternato; foliola oblonga vel elliptica, apice brevius acuminata, basi acuta vel (inferiora) rotundata, subsessilia vel petiolulata, terminale in petiolulum longiorem attenuatum, integerrima, chartacea, praeter nervos glabra, glandulis microscopicis geniculatis fuscis obsita, utriculis laticiferis ramificatis pellucidis subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis nuda; stipulae scariosae, flabellato-nervosae, magnae, latius ovatae, acutae, basi contractae, crenulato-dentatae, setoso-ciliatae; thyrsi in axillis foliorum glomeratim congesti, pilis flavis tomentelli; flores parvi, glabriusculi; capsula angustius triangularata, ex angustius obovato cuneata, sessilis, apiculata, extus pubescens, intus tomentosa; semen ellipsoideum, glabrum, arillo dimidiam seminis partem obtegente.

Rami diametro 3—5 mm, cortice rufo-fusco. Folia circ. 20 cm longa, fere totidem lata; foliola nitidula, sicca flavo-viridia, margine revoluta ciliolataque, 8—12 cm longa, 3,5—5 cm lata, nervis subtus insignis prominentibus; petiolus communis 4—8 cm longus, teretiusculus, striatus, hirtello-puberulus; petioluli terminales 1—1,5 cm longi, laterales, si adsunt, 2—5 mm longi; stipulae 2—2,5 cm longae, circ. 1,5 cm latae. Thyrsi 0,5—1 cm longi; pedicelli 4—5 mm longi, tomentelli, robustiores. Sepala duo exteriora dimidiam interiorum partem aequantia, margine pilosula, ceterum glabriuscula; interiora circ. 3 mm longa, ovalia, subpetaloidea, glabra. Petala ex oblongo ovalia, plerumque breviter unguiculata; squamae dimidiam petalorum partem aequantes, latae, margine villosae, superiores crista brevi obtusa appendiceque deflexa barbata instructae. Staminum filamenta compressiuscula, glabra. Tori glandulae ovatae, pilosae, ut et torus ipse. Germen pilis flavis longioribus dense lanoso-tomentosum. Capsula circ. 2 cm longa, alis 2 mm latis adjectis circ. 12 mm lata. Semen nigrum.



In Novo-Granata: Goudot n. 2! (Rio Seco, m. Jun. 1844, fruct.; Quindiu, „region froide?“ m. Jul. 1844, flor. et fruct.); Triana n. 5603! (prov. de Mariquita, ad flum. Magdalena, alt. 700 m, m. Aug. 1854).

### 88. *Paullinia fistulosa* Radlk.

Scandens, fruticosa, glabra; rami e pentagono subteretes, glabri, medulla vel cavitate medullari ampliore, inde subfistulosi; corpus lignosum simplex; folia impari-pinnata, 3—5-juga, jugo infimo ternato; foliola lanceolata, apice longe acuminata, basi terminale attenuatum, lateralia acutiuscula, sessilia, omnia integerrima vel prope basin dente majore utrinque instructa, membranacea, supra subtusque glabra, glandulis microscopicis curvatis subtus obsita, reti utriculorum laticiferorum interrupto subtus instructa, epidermide non mucigera; petiolus, communis partialesque nudi, rhachis superne marginato-alata; stipulae conspicuae, lineari-lanceolatae, falcatis recurvatae; thyrsi in ramis adultioribus ad nodos defoliatos glomeratim congesti, abbreviati, glabri; flores mediocres, glabri; capsula trialata, ex obovato in stipitem conspicuum attenuata, extus glabra, intus pubescens; semen pilosulum, arillo tertiam seminis partem obtegente.

Rami thyrsgigeri diametro 4—5 mm, cortice pallide subfusco. Folia circ. 30 cm longa, 15—20 cm lata; foliola 8—12 cm longa, 2,5—3 cm lata, sicca subviridia; petiolus communis 7—10 cm longus, supra sulcatus, subtus convexus, costato-striatus, petioli partiales (laterales) 1,5—2 cm longi, rhacheos segmenta 2,5—6 cm longa; stipulae fere 1 cm longae, glabrae. Thyrsi 1—1,5 cm longi; pedicelli fructiferi circ. 3 mm longi. Sepala duo exteriora dimidiam interiorum partem aequantia, interiora 3,5 mm longa, 1,5—2 mm lata, glabra. Capsula (sicca nigro-fusca) stipite circ. 5 mm longo adjecto 2 cm longa, 1—1,5 cm lata, alis superne 2—3 mm latis supra partem seminiferam paullulum connexis basi angustatis.

In Peruvia: M. F. de Castelnau! („Mission de Sarayacu“ m. Jun. 1847, fruct.; Hb. Paris.).

### 89. *Paullinia tetragona* Aubl.

*Paullinia tetragona* Aublet Pl. Guian. I (1775) p. 355 n. 3 (foliis secundum specimen mancum incomplete et male descriptis), excl. syn.: „Funis quadrifidus, Tali Bubur, Habiatur, Rumph. Herb. Amboin. V (1747) lib. VII, cap. III, p. 4, 5, tab. 3“ (non 2, uti Aubl. refert), nec non exclud. verosimillime nomine vulgari „Liane quarrée“ et obs. de usu, ad alteram speciem eandemque „Liane quarrée“ ab Aubl. dictam, i. e. ad *P. pinnat.* probabilissime referend. Coll. Aublet! (Herb. Banks). Cf. Hist. gen. in Radlk. Serj. p. 34 et infra obs. n. 1.

— — Gmelin Syst. Nat. II (Linn. S. N. Ed. XIII, 1791) p. 642, n. 17, excl. cit.: „Rumpf amb. 5, p. 4, t. 2, f. 4“, ut supra.

— — Schumacher. Skrivt. Naturhist. Selskab. III, 2 (1794, Dissert. lect. m. Oct. 1792) p. 122 (non 120, uti Poir. refert), n. 4, tab. 10, f. 4 (fructus). Descriptio secundum specimen Aubletianum (cf. supra) accuratior, attamen ob specimen mancum incompleta. Cf. obs. n. 1.

— — Raeuschel Nomencl. Ed. III (1797) p. 114.

— — Willden. Sp. Pl. II, 1 (1799) p. 462, n. 8.

— — Poiret in Lamarek Encycl. V (1804) p. 98, n. 8, excl. nom. vulg. et obs. de usu (ad *P. pinnat.* probabilissime referend.), ut supra sub Aubl.

- Paullinia tetragona* Jussieu in Ann. Mus. d'Hist. nat. IV (1804) p. 347, n. 4, exclud. verosim. nom. vulg., ut supra sub Aubl., nec non excl. obs.: „An species Aubletiana a *P. pinnata* satis distincta, monente D. Richard? An ejusdem capsula vere tricarinata, tricornis?“
- — Persoon Synops. I (1805) p. 443, n. 7, excl. obs.: „Antecedenti (i. e. *P. obovat.* Pers.) affinis“.
- — Dietrich, Fr. G., Gartenlexicon VI (1806) p. 712, n. 12.
- — Smith in Rees Cyclopaed. XXVI (ca. 1814, cf. lit. gen.) n. 10, excl. specimine *P. hispidae* Jacq. (a Maerter collecto) et descriptionis partibus ad hoc referendis; cf. obs. n. 1. Coll. Aublet, Herb. Smith!
- — Steudel Nomencl. Ed. I (1821) p. 597.
- — De Cand. Prodr. I (1824) p. 605, n. 7, excl. obs.: „*P. pinnatae* affinis“.
- — Sprengel Syst. Veg. II (1825) p. 249, n. 18.
- — Cambessed. in Mém. Mus. d'Hist. nat. XVIII (1829) p. 23.
- — Loudon Hort. Britann. (1830) p. 159, exclud. sine dubio obs.: „Cult. 1825“. Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 67.
- — Don General Syst. I (1831) p. 661, n. 14, excl. obs.: „Cult. 1825“ ut in anteced.
- — Dietrich Synops. Pl. II (1840) p. 1315, n. 18.
- — Heynhold Nomenclat. bot. hortens. I (1840) p. 591. Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 67.
- — Steudel Nomencl. Ed. II, II (1841) p. 278.
- — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 70 n. 16 etc. (v. indic.).
- — Sagot Catal. des Pl. de la Guyane franç. in Ann. Scienc. nat., VI. Sér., XII (1882) p. 192, excl. specim. a Mélinon lecto, ad Paull. leiocarp. Griseb. recensendo.
- Paullinia ingifolia* (non „Rich.“ ed. Juss.) Grisebach Flora Brit. West Ind. Isl. (1859—64) p. 124, n. 11; „Trinidad, coll. Lockhart“!, „Crüger“!
- Nomen vulgare: ? Liane quarrée. Cayennensibus ex Aublet; cf. supra sub Aubl. et infra obs. n. 3, nec non *P. pinn.* et Radlk. Serj. p. 198 etc. (v. indic.).
- Non *Paullinia tetragona* („Aubl.“?) Grisebach in schedis coll. Kappler Plant. Surinamens. n. 2128; cfr. Paull. sphaerocarpa Rich. ed. Juss.!
- Non — — Sagot part.; cf. l. supra e.

Scandens, fruticosa, glabra; rami obtuse 4—5-costati, profundius anguste sulcati, glabri; corpus lignosum simplex; folia impari-pinnata, 3-juga, jugo infimo ternato; foliola elliptica vel elliptico-lanceolata, apice brevius acuminata, basi terminale attenuatum vel subcuneatum, lateralalia acutiuscula rotundatave, omnia supra medium remote serrato-dentata, petiolulata vel subsessilia, chartacea, supra subtusque glabra, nec nisi glandulis microscopicis geniculatis obsita, impunctata, reti utriculorum laticiferorum subpellucido subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis superne marginato-alata vel tota subnuda; stipulae scariosae, magnae, elliptico-lanceolatae, acutae; thyrsi longiores, in axillis foliorum pauci fasciculatim congesti, puberuli, denique glabrescentes; flores sat parvi, pulverulento-puberuli; capsula trilata, obovata, apiculata, stipitata, extus glabrata, intus albido-tomentosa; semen breviter ellipsoideum, pilis brevibus subretrorsis adspersum, arillo dorso fisso tertiam seminis partem obtegente.

Rami thyrsgeri diametro 5—6 mm, cortice subfusco. Folia 20—30 cm longa, 15—25 cm lata; foliola sicca subfusca, 9—13 cm longa, 4,5—6 cm lata; petiolus communis supra sulcatus, 7—10 cm longus; stipulae circ. 1,5 cm longae, 5—6 mm latae, adpresse puberulae. Thyrsi 12—15 cm longi, subsessiles; cincinni stipitati, elongati, 1—1,5 cm longi; bracteae bracteolaeque minimae; pedicelli 2—3 (fructiferi 5) mm longi, prope basin articulati. Sepala duo



exteriora duas interiorum tertias aequantia, extus puberula, interiora ovata, circ. 3 mm longa, 1,5 mm lata. Petala ovalia; squamae dimidiam petalorum partem aequantes, margine villosiusculae, superiores crista brevi emarginata appendiceque deflexa brevi barbata instructae. Staminum filamenta basi pilosiuscula; antherae glabrae. Tori glandulae ovatae. uti torus pubescentes. Germen pilis flavis tomentosum. Capsula stipite 3—4 mm longo adjecto circ. 1,8 cm longa, subfusca, alis 2—3 mm latis basi angustatis. Semen 1 cm longum, 8 mm latum, fuscum, juvenile (gemma aucta, 2 mm longa in fructu 1,8 cm longo) dense, maturum laxe pilosum, arillo glabro.

In Guiana et in insula Trinitatis: In Guiana: Aublet! (Cayenne; Hb. Banks; Hb. Smith); — in ins. Trinitatis: Ryar et Rohr! (Hb. Vahl); Riedlé! (Hb. Juss. n. 11357); Crüger! (Hb. Griseb. sub nom. „*Paull. ingifolia* Rich.“); Lockhart n. 236! (a Griseb. nom. „*Paull. ingifol. Rich.*“ insignit.; Hb. Hook.); Fendler, Plants of Trinidad n. 272! (a. 1877 —80; Hb. Hook.); Hb. Hort. Trinit. sine no.! (Hb. Krug & Urb.).

Zusatz 1. Aublet hat bei der Aufstellung dieser Art, wie ich schon in der Gattungsgeschichte (Monographie von *Serjania* p. 34) angegeben habe, nicht nur ein unvollständiges Exemplar vor sich gehabt, sondern er hat auch das, was ihm vorlag, unrichtig beschrieben, so dass es kaum möglich wäre, über seine Aufstellung in's Reine zu kommen, wenn nicht glücklicher Weise sein Material im Herb. Banks noch erhalten wäre. Dasselbe scheint bisher, ausser bei Schumacher und Smith, unbeachtet geblieben zu sein. Wenigstens ist die Art seit 100 Jahren von Niemand in neuen Materialien wieder erkannt worden, was hier allerdings weniger auffallen mag als z. B. bei *Paull. tomentosa* Jacq., da *Paull. tetragona* nur selten vorkommen scheint.

Aublet hatte, was das Blatt betrifft, nur den oberen Theil eines solchen vor sich; der gemeinschaftliche Blattstiel und die an seinem oberen Ende entspringenden, seitlichen Triaden fehlten; die Sägezähne der Blättchen vernachlässigte er in der Beschreibung („*folia pinnata. foliolis integerrimis*“).

Schumacher verbesserte den letzteren Fehler („*foliolis subserratis*“).

Aber er, wie Aublet, schwieg von der allerdings gelegentlich sehr geringen Flügelung der Blattspindel an ihrem obersten Abschnitte. Schumacher sagt lediglich „*petiolis nudis*“.

Der genaue Smith war zwar auf diesen, wie auf den vorhin erwähnten Punkt besonders aufmerksam, vermengte aber mit Aublet's Art ein Exemplar der *Paull. hispida* Jacq. von Märter und konnte so natürlich nicht zur vollen Klarheit gelangen. In seiner Bezeichnung der Blattgestalt: „*Leaves once or twice pinnate*“ ist der erstere Theil von Aublet entlehnt, der letztere von dem eben erwähnten Exemplare der *Paull. hispida* entnommen; auf dieses bezieht sich auch die Angabe: „*Footstalks scarcely winged*“; auf Aublet's Pflanze die Beschreibung der Früchte; auf beide seine Angabe über die Randbeschaffenheit der Blättchen: „*distantly serrated*“, wie er in einer besonderen Bemerkung hervorhebt, welche hier wiedergegeben sein mag, da sie über sein Material und den bei ihm selbst wach gewordenen Zweifel an dessen Zusammengehörigkeit jeden wünschenswerthen Aufschluss gibt. Sie lautet: „*We have a specimen gathered by Dr. Märter in the Caracas, which accords as much as possible with our original one of Aublet, except that the former being in flower, the latter in fruit, with only one leaflet, an absolute decision can hardly be made. The leaves evidently appear by both specimens to be distanty toothed, though Aublet says they are entire.*“ Weiter hat Smith mit Recht auf die Unzugehörigkeit des Citates von Rumphius hingewiesen, welches Aublet, und zwar ungenau, so dass es Schumacher nicht einmal zu finden vermochte, seiner Beschreibung beigefügt hatte.

Zusatz 2. Nach dem oben Bemerkten ist es kein Wunder, dass sowohl Jussieu in dem Exemplar von Riedlé, das er in seinem Herbare ohne Bestimmung niederlegte, als Grisebach in den Exemplaren von Lockhart und von Crüger, deren ersteres ich im Herb. Hooker mit der Bezeichnung „*Paull. ingifolia* Rich.“ von Grisebach's Hand und deren letzteres ich im Herb. Grisebach selbst gesehen habe, die Pflanze von Aublet nicht wieder erkennen konnten.

Grisebach wird hinsichtlich seiner Auffassung der genannten Materialien (als *P. ingifolia*) noch besonders durch den Umstand entschuldigt, dass die Zusammensetzung des Blattes in der That der bei *Paull. ingaefolia* Rich. ed. Juss., wie sie die Diagnose von Jussieu darstellt, entspricht, und dass eben diese Diagnose die Früchte nicht umschliesst, die Grisebach für seine *Paull. ingifolia* als dreifügelig u. s. w. mit wünschenswerther Genauigkeit beschrieben hat.

Zusatz 3. Was den von Aublet angegebenen Vulgärnamen „Liane quarrée“ betrifft, so gründet sich meine Vermuthung, dass er nicht hieher, sondern nur zu *Paull. pinnata*, zu welcher ihn Aublet ebenfalls angegeben hat, gehören möchte, darauf, dass die an denselben sich anschliessende Bemerkung von Aublet gemäss der darin angegebenen Beschaffenheit der Zweige wohl sicher nur auf *Paull. pinnata* sich bezieht (sich diese, Zusatz n. 6, p. 163).

Zusatz 4. Von der geringen Verlässigkeit der Angaben über frühere Cultur der Pflanze in europäischen Gärten war schon in der Monographie von *Serjania* p. 67 die Rede und verweise ich desshalb dorthin.

### 90. *Paullinia hispida* Jacq.

- Paullinia hispida* Jacquin Hort. Schoenbrunnens. III (1798) p. 9, tab. 268! (Vidi specimen ex Hort. Schoenbr. proven. in Hb. Jacq. fil., nunc Vindob., nec non ibid. et in Hb. Willd. specimina originaria a Bredemeyer et Schüch collecta.) Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 64, 65.
- — Poiret in Lamarek Encycl., Suppl. IV (1816) p. 334, n. 27.
- — Steudel Nomencl. Ed. I (1821) p. 597.
- — De Cand. Prodr. I (1824) p. 606, n. 31.
- — Sprengel Syst. Veg. II (1825) p. 250, n. 32.
- — Poiret in Diet. Scienc. nat. XXXVIII (ed. Levrault, 1825) p. 152.
- — Cambessed. in Mém. Mus. d'Hist. nat. XVIII (1829) p. 23.
- — Sweet Hort. Britann. (1830) p. 84. „Cult. 1823“. Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 65.
- — Loudon Hort. Britann. (1830) p. 159. Cf. anteced.
- — Don General Syst. I (1831) p. 662, n. 50. „Cult. 1825“. Cf. Hist. spec. cult. l. c.
- — Dietrich, Fr. G., Gartenlexicon XXVI (s. Neuer Nachtrag VI, 1837) p. 434, n. 10.
- — Dietrich, Dav., Synops. Pl. II (1840) p. 1315, n. 41.
- — Heynhold Nomencl. bot. hortens. I (1840) p. 591. Cf. Hist. spec. cult. l. c.
- — Steudel Nomencl. Ed. II, II (1841) p. 278.
- — Donn Hort. Cantabrig. Ed. XIII (1845) p. 265. „Cult. 1823.“ Cf. Hist. spec. cult. l. c.
- — Triana & Planch. Prodr. Flor. Novo-Granat., Ann. Scienc. nat., IV. Sér., XVIII (1862) p. 355, n. 10, „coll. Triana, Villavicencio“!, excl. specim. a Triana ad ripas flum. Magdalena et a Goudot ad ripas flum. Seco collect., cfr. Paull. apoda!
- — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 70 n. 23 etc. (v. indic.).
- Paullinia tetragona* Smith in Rees Cyclopaed. XXVI (ca. 1814, cf. lit. gen.) n. 10, partim, nempe quoad specimen a Märter collect. et quoad descriptionis partes ad hoc referendas; cfr. *P. tetragona*, praesertim obs. n. 1. „Coll. Maerter“! (Hb. Smith.)
- ? Non *Paullinia hispida* („DC.“) Rossi Cat. Plant. Hort. reg. Modoetiens. (1826) p. 49; anne Serj. triquetra Radlk.? Cf. Radlk. Serj. p. 51, 65, 305, nec non infra Spec. excl.
- Non — — Triana & Pl. partim; cf. loc. supra c.



Scandens, fruticosa; rami juniores 4—5-sulcati, adultiores subteretes, pilis longis rigidis flavescensibus hispidi, denique glabrescentes; corpus lignosum simplex; folia subbipinnata, 4—6-juga, jugo infimo 5-foliolato-pinnato, secundo ternato; foliola lanceolata vel (praesertim terminalia) lanceolato-elliptica, acuminata, rarius acuta, basi terminalia attenuata, lateralia acutiuscula vel rotundata, omnia subsessilia vel breviter petiolulata, remote serrato-dentata, membranacea, vel subchartacea, supra subtusque subglabra, glandulis microscopicis geniculatis obsita, pellucide punctata, utriculis laticiferis ramificatis subtus instructa, epidermide non mucigera; petioli petiolulique hispidi, rhachis non nisi in supremis segmentis alata vel marginata, rarius tota nuda; stipulae scariosae maximae, ex ovato lanceolatae, setoso-ciliatae; thysi ad nodos defoliatos et in axillis foliorum fasciculatim congesti, glabriusculi; flores mediocres; capsula angustius triangularis, obovata, basi in stipitem attenuata, extus subglabra, intus pilis albis tomentosa; semen glabrum (?).

„Caulis 12-pedalis, pollicem crassus, fuscus“ (Jacquin). Rami diametro 4—10 mm, cortice subfusco. Folia 20—45 cm longa, 12—35 cm lata; foliola 6—20 cm longa, 2—6 cm lata; petiolus communis 2—14 cm longus, plus minus sulcatus; rhacheos alae utrinque 0,5—1,5 mm latae; stipulae 2—3 cm longae, 0,5—1,5 cm latae, acutae vel subacuminatae. Thyrsi 5—12 cm longi, plerumque sessiles; cincinni longius breviusve stipitati, elongati vel contracti; bractae bracteolaeque minimae; pedicelli 2—3 mm longi. „Flores sordide albentes“ (Jacquin). Sepala duo exteriora tertiam interiorum partem aequantia, glabra, interiora ovalia, 4 mm longa, 2 mm lata. Petala ex ovali oblonga; squamae dimidiam petalorum partem aequantes, latissimae, margine villosiusculae, superiores crista brevi emarginata appendiceae deflexa barbata instructae. Staminum filamenta complanata, basi pilosiuscula; antherae glabrae. Tori glandulae elongatae, uti torus pilosae. Germen hispidulo-tomentellum. Capsula — (immatura tantum suppetebat). Semen juvenile (gemma aucta 1,5 mm longa in fructu 1,6 cm longo) glabrum.

In Venezuela et Novo-Granata: In Venezuela: Jacquin, resp. Bredemeyer! (Caracas; Hb. Jacquin fil. in Hb. Vindob.; Hb. Willd. n. 7720); Märter! (Caracas; Hb. Smith); Karsten! (Puerto Cabello; Hb. Berol., Vindob., Boiss.); O. Kuntze n. 1426! (Puerto Cabello, m. Maj. 1874, flor.); Eggers n. 13483! (Venezuela m. Aug. 1891, flor.; Hb. Havn.); — in Novo-Granata: Triana! („Villavicencio, bassin du Meta, alt. 450 m“; Hb. Planchon).

Culta olim in Horto Schoenbrunnensi! (m. Nov. flor.; Hb. Jacq. fil.).

### 91. *Paullinia meliaefolia* Juss.

- Paullinia meliaefolia* Jussieu, A. L., in Ann. Mus. d'Hist. nat. IV (1804) p. 347 (non 357, uti Persoon refert), n. 5, tab. 66, f. 2 (non 1, uti Spach et Camb. in St.-Hil. Fl. Bras. referunt); „Herb. Commerson“! (Hb. Juss. n. 11355.)
- — Poiret in Lamarck Encycl. V (1804) p. 99, n. 12; „coll. Commerson, Herb. Juss.“! (cf. anteced.)
- — Persoon Synops. I (1805) p. 442, n. 3.
- — Dietrich, Fr. G., Gartenlex., Nachtrag V 1819) p. 646, n. 2.
- — Smith in Rees Cyclopaed. XXVI (ca. 1814, cf. lit. gen.) n. 11. Non Herb. Cf. obs. n. 1.
- — Steudel Nomencl. Ed. I, (1821) p. 597.
- — De Cand. Prodr. I (1824) p. 605, n. 10.
- — Sprengel Syst. Veg. II (1825) p. 250, n. 27.
- — Hooker, W., Exotic Flor. II (1825) pag. et tab. 110, emendat. emendand.; cf. obs. n. 2. „Introduced from Brazil by Richardson Harrison Esq. of Aysburgh“. Cf. obs. n. 3.

- Paullinia meliaefolia* Cambessed. in St. Hilaire Flor. Bras. I (1825) p. 373, n. 51, c. var.  $\beta$  hirsuta!
- — Cambessed. in Mém. Mus. d'Hist. nat. XVIII (1829) p. 23.
- — Sweet Hort. Britann. (1830) p. 84. „Cult. 1818“. Cf. Hist. spec. cult. in Radlk. Serj. p. 67 et infra obs. n. 3.
- — Loudon Hort. Britann. (1830) p. 159. „Cult. 1819“. Cf. Hist. spec. cult. l. c. et infra obs. n. 3.
- — Don General Syst. I (1831) p. 661, n. 19. „Cult. 1819“. Cf. Hist. spec. cult. l. c. et infra obs. n. 3.
- — Spach Hist. nat. des Végét., Phanérog. III (1834) p. 49. Cf. obs. n. 3.
- — Dietrich, Dav., Synops. Pl. II (1840) p. 1315, n. 27.
- — Heynhold Nomencl. bot. hortens. I (1840) p. 591. Cf. Hist. spec. cult. l. c.
- — Steudel Nomencl. Ed. II, II (1841) p. 278.
- — Donn Hort. Cantabrig. Ed. XIII (1845) p. 265. „Cult. 1818“. Cf. Hist. spec. cult. l. c. et infra obs. n. 3.
- — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 71 n. 30 etc. (v. indic.), c. synon.
- — Radlkofer in Warming Symb. Partic. XXXVII (1890) p. 242 (993).
- Paullinia sericea* Cambess. (non St. Hil., uti Don, Dietrich et Walpers referunt) in St. Hil. Flor. Bras. I (1825) p. 374, n. 6, t. 77, fig. A! Cf. obs. n. 5.
- — Cambess. in Mém. Mus. d'Hist. nat. XVIII (1829) p. 23.
- — Don General Syst. I (1831) p. 661, n. 22.
- — Dietrich, Dav., Synops. Pl. II (1840) p. 1315, n. 36.
- — Walpers Repert. I (1842) p. 414.
- — Liais Climat, Géologie etc. du Brésil (1872) p. 582 („floribus interdum hermaphroditis“).
- — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 73 n. 73 etc. (cf. indic.).
- (NB. In Steudel Nomencl. ommissa est, ut et aliae spec.; cf. Lit. gen.)
- Paullinia maritima* Vellozo (Arrabida) Flor. Fluminens. I (1825) p. 161, n. 10 (reimpr. 1881, p. 153); Icon. IV (1827) tab. 36. In indice methodico (1840?) p. 18 ad *P. meliaefoliam* Juss. refertur. Cf. Radlk. Serj. p. 47 etc. (v. indic.).
- — Steudel Nomencl. Ed. II, II (1841) p. 278.
- Paullinia falcata* Gardner in Hook. Lond. Journ. Bot. I (1842) p. 530, n. 163! Cf. Radlk. Serj. p. 53 etc. (v. indic.).
- — Walpers Repert. II (1843) p. 814, n. 5.
- — Gray, Asa, Bot. Wilkes Un. St. Expl. Exped. XV (1854) p. 248, n. 4. Cf. obs. n. 5. (Specimen non vidi.)
- Paullinia spec.* Martius in Herb. Flor. Bras. III (Catal. autograph., 1842) n. 1246!
- Nomen vulgare: Oyurienshupé (si recte lego), in Argentina, teste Niederlein.  
Tingui de folha grande, in Brasil, teste Peckolt in Hb. Mart. „Venenosa.“ Cf. obs. n. 4.

Scandens, fruticosa, glabra vel varie induta (cf. form. 1—4); rami latiuscule 4—5-sulcati, glabri vel pilosi; corpus lignosum simplex; folia subbipinnata, 3—4-juga, jugo infimo (in nonnullis etiam secundo) ternato, rarius 5-foliolato-pinnato; foliola lanceolata, apice acuminata vel fere cuspidata, basi terminale attenuatum, lateralia acutiuscula vel rotundata, omnia remote serrato-dentata, dentibus acutis, rarius subintegerrima, subsessilia vel petiolulata, tenuiter membranacea, laete viridia (Mart.), glabriuscula vel subtus densius laxiusve pilosa, immo velutina (in forma 3.), nec non glandulis microscopicis cernuis vel geniculatis utrinque obsita, reti utriculorum laticiferorum pellucido plus minus interrupto lineolas ramificatas



efficiente instructa, epidermide non mucigera; rhachis alata; stipulae insignes, lanceolatae vel falcatae, interdum dilatatae, ellipticae vel suborbiculares, foliaceae; thyrsi solitarii (vel in caule vetustiore ad nodos terni quaterni, pedunculo vix ullo), teneri, glabri vel pilosi; flores mediocres, glabri; capsula rubra (Schenck), angustius trialata, obovoidea, in stipitem brevem contracta, alis per totum valvarum dorsum decurrentibus sensim angustatis, extus glabrata, intus pilis albis tomentosa; semen ellipsoideum, glabrum, arillo tertiam seminis partem obtegente.

Formas 4 distinguere licet, quarum una in alias transit:

Forma 1. subglabra (*P. meliaefolia* Juss. var. *a* Camb. in Hb. Par.): Rami glabri vel laxe pilosi; foliola subtus subglabra, supra vix nisi in nervis puberula.

Forma 2. genuina (*P. meliaefolia* Juss. l. c.): Rami glabriusculi vel pubescentes; foliola subtus crispato-pubescentia, supra non nisi in nervis puberula (saepius transitum praebens in formam 3. *sericeam*).

Forma 3. sericea (*P. sericea* Camb.): Rami densius pubescentes; foliola subtus velutino-tomentosa, supra in nervis puberula.

Forma 4. hirsuta (*P. meliaefolia* Juss. var. *β hirsuta* Camb. in St. Hil. Fl. Bras. l. c.): Rami, petioli petiolulique pilis flavis densius laxiusve hirsuti; foliola subtus subhirsuta, supra undique vel in nervis tantum pilis adspersa.

In Brasiliae prov. S. Catharina, S. Paulo, Rio de Janeiro, Minas Geraës et Bahia, nec non in Argentina: Forma 1: In prov. Rio de Jan.: Vellozo („*Paull. maritima* V.“); St. Hilaire! Martius obs. ined. n. 145! Riedel W! partim (partim forma 2); Gaudichaud n. 846! partim (partim forma 3); Raben! Widgren n. 782! 1122! J. de Saldanha n. 6076! Schwacke n. 3339! 7143! — in prov. S. Paulo: Martius! — in Argentina: Niederlein sine no. n. 129! 1754! (specimina insignia stipulis dilatatis foliaceis). — Forma 2: In prov. Rio de Jan.: Commerson! („*P. meliaefolia* Juss.“, Hb. Juss. n. 11355); Raddi! Martius! Pohl (Mikan, Schott) n. 5247! 5585! Harrison! Riedel W! partim (partim f. 1), n. 6! 30! 2643! Vauthier n. 510! Martius Herb. Flor. bras. n. 1246! (leg. Ackermann); Luschnath n. 40! Gardner n. 163! („*P. falcata* G.“), n. 5402! Guillemin n. 114! Regnell n. 18! Glaziou n. 796! 4983! Schwacke n. 2953! Mendonça n. 204! Schenck n. 1981! 3048! — Forma 3: In prov. Min. Ger.: St. Hilaire! — in prov. Rio de Jan. et Min. Ger.: Liais („*floribus interdum hermaphroditis*“). — Forma 4: In prov. Rio de Jan.: Banks et Solander! Riedel & Langsdorff n. 701! 800! Riedel X! Gaudichaud n. 846! partim (partim f. 1); Casaretto n. 968! Peckolt n. 68! („*Tingui de folha grande, venenos.*“); Schwacke n. 4245! 7005! J. de Saldanha n. 5693! Neves-Armond n. 99! 101! — in prov. Min. Ger.: St. Hilaire! Warming! — in prov. Bahia: Sello! Princeps Neu-Wied n. 6! Herb. Kegel n. 12431! — in prov. S. Paulo: Sello n. 5594! Burchell n. 3080! — in prov. S. Cath.: Ule n. 912! — Quoad formas indeterminatas relinquo, quia ad manus non sunt: Viale! (Hb. Genovense); Tweedie! (Hb. Benth.); Wilkes Exped. („*P. falcata* Gardn. t. Gray); Schenck n. 555! 2146! — Specimina culta vidi ex Horto Liverpool! (a Hooker comm. c. Hb. Fischer, nunc Petrop.) et ex Horto Berol. (a. 1855?; Hb. Berol.).

Zusatz 1. Smith bemerkt zu dieser Art: „Gathered by Commerson at Brasil, according to Poiret. We find no specimen that answers to his description entirely.“ Diese Bemerkung drückt, wie aus der Durchsicht seines Herbariums hervorgeht, sein gerechtes Misstrauen gegen eine von ihm selbst dort niedergelegte Bestimmung aus, der er denn auch in der Beschreibung der Pflanze kein Recht eingeräumt zu haben scheint. Er war offenbar bemüht, unter den Pflanzen von Commerson, die in sein Herbar gelangt waren, wie die *Paull. bipinnata*, resp. *thalictrifolia* (s. diese unter Smith) so auch die andere von Jussieu und Poiret nach Materialien Commerson's beschriebene Art, *Paull. meliaefolia*, zu erkennen, und da ihm dieselbe selbst nicht zugekommen zu sein scheint, so nahm er dafür, aber unter Hinzufügung

von zwei Fragezeichen, was sich eben einigermaßen dafür nehmen liess, nämlich ein Exemplar der *Serjania clematidifolia* Camb., die auch von Commerson schon gesammelt worden war, aber erst nach Materialien St. Hilaire's von Cambessedes (1825) aufgestellt wurde. Dem betreffenden Exemplare ist im Hb. Smith die Bezeichnung „Th. n. 561“ beigefügt, was wohl auf eine Mittheilung durch Thouin aus der Sammlung Commerson's hindeutet, wie ich schon in der Monographie von *Serjania* für diese und eine weitere Art angeführt habe (p. 365 Anmerk. u. p. 149). Es mag diese Bemerkung, von der für die Synonymie kein Gebrauch zu machen war, da Smith selbst jede Beziehung seines Herbares zu seiner Beschreibung ablehnt, nicht ganz überflüssig sein, da sie einerseits die Sorgfalt, mit der Smith zu Werke ging, documentirt, andererseits zur Richtigstellung der betreffenden Bestimmung in Smith's Herbar behilflich sein kann.

Zusatz 2. W. Hooker führt in der Beschreibung richtig an: „Germen globosotriangular . . . with 3 cells, each containing a single ovule.“ In einem Zusatze dagegen sagt er: „The capsules are decidedly 3-celled, and each cell has three ovules; two of which, in all the numerous capsules which I have examined, become by abortion 1-celled and 1-seeded.“

Das ist mehr als ein Schreibfehler, und hat bezüglich des „1-fächerig Werdens zweier Fächer“ keinen Sinn. Einen solchen erhält der Relativsatz, wenn man ihm durch Streichen der ersten vier Worte seinen Relativcharakter nimmt. Der Gedanke ist offenbar: Zwei von den ursprünglich vorhandenen Fächern schlagen fehl, so dass die Kapseln 1-fächerig und 1-samig werden — wobei dann in dem entwickelten Fache auch noch zwei Samenknochen fehlschlagen müssten, wenn die auf 3 Samenknochen für jedes Fach lautende Angabe überhaupt richtig wäre. Sie ist es jedoch nicht. Ob vielleicht diese Stelle dazu mitgewirkt hat, dass in Bentham & Hooker Genera I, p. 394 für die Gattung *Paullinia* angegeben wird: „ovula in loculis solitaria, vel rarissime 2“ und „capsula . . . 1—3-locularis, 1—3-sperma, septicide 3-valvis (loculis rarissime 2-spermis)“ mag dahingestellt bleiben. Auch diese Angabe ist rücksichtlich der „Zweizahl“ der Samenknochen und Samen unrichtig (s. ob. p. 102). Dass in derselben auch das rücksichtlich der Art der Dehiscenz Gesagte unzutreffend sei, wenigstens wenn man zwischen septicider und septifragter Dehiscenz in der üblichen Weise unterscheidet, habe ich schon in meiner Abhandlung über die Gliederung der Sapindaceen (Sitz.-Ber. d. k. b. Akad., 1890, p. 226) erörtert, wie auch in den Bemerkungen zu dem Gattungscharakter (s. ob. p. 104).

Zusatz 3. Ob die Angabe von Sweet, Loudon und Don, dass *Paull. meliaefolia* in den Jahren 1818, 1819 in Cultur stand, richtig seien, muss ich dahingestellt sein lassen, wie ich schon in der Gattungsgeschichte der cultivirten Arten in der Monographie von *Serjania* p. 67 angeführt habe. Die Angabe von Donn. Hort. Cantabrig., erscheint insofern begründeter, als er sich auf Hooker Exotic Flora (1825) bezieht, obwohl auch er das Jahr 1818 als Culturjahr angibt. Hooker gibt ein Datum der Einführung, für welche er Herrn Richardson Harrison zu Aysburgh namhaft macht, nicht an. Von Harrison herrührende spontane Exemplare finden sich, von Lehmann um 1828 mitgetheilt, im Hb. Mart. (u. Hb. Hornemann). Auf Hooker bezieht sich auch Spach, welcher gleichfalls die Pflanze als in Cultur stehende bezeichnet. Von Hooker aus dem Garten zu Liverpool mitgetheilte Exemplare sind im Petersburger Herbare vorhanden. Weiter findet sich ein in Berlin cultivirtes Exemplar in dem dortigen Herbare.

Zusatz 4. Der von Peckolt für *Paull. meliaefolia* erwähnte Vulgärname „Tingui“ kommt bekanntlich, und wie ich schon in meiner Monographie von *Serjania* unter *Serj. piscatoria*, Zus. 2, p. 341 hervorgehoben habe, verschiedenen zum Betäuben der Fische dienenden Pflanzen zu. Diesen ist denn wohl auch die *Paull. meliaefolia* beizuzählen, welche Peckolt überdiess zugleich als „giftig“ bezeichnet. Der gleiche Name kehrt bei *Paull. trigonia* Vell. wieder, über deren fischbetäubende Wirkung zugleich directe Angaben vorliegen (s. dort, Zus. 2).

Zusatz 5. Ueber den zweifelhaften Artwerth der *Paull. sericea* Camb. habe ich mich schon früher bei Betrachtung der Gattungsgeschichte (in der Monographie von *Serjania*, 1875, p. 46) ausgesprochen. Dieselbe lässt sich, da sie lediglich durch ihre (dichtere und weichere)



Behaarung von der ursprünglichen *P. meliaefolia* sich unterscheidet, neben den für diese überhaupt in Betracht kommenden und lediglich durch ihre Behaarung verschiedenen Formen nicht als selbständige Art aufrecht erhalten, zumal die zweite Form, welche Jussieu ursprünglich vorgelegen hat, in manchen Exemplaren durch die Behaarung der Blätter so nahe an die aus *P. sericca* gebildete Form herantritt, dass nur durch eine geringere Behaarung der Zweige noch einiger Unterschied gegeben ist. — Die Vereinigung von *P. falcata* Gardn. mit *P. meliaefolia* Juss. hat schon A. Gray in Bot. Wilkes Exped. l. c. angebahnt und die von *P. maritima* Vell. Flor. Flumin. ist schon in dem Index methodicus zu diesem Werke vollzogen worden.

Zusatz 6. Ueber die Stellung der Pflanze bemerke ich, dass als nächste Verwandte derselben sicherlich die *Paull. hispida* Jacq. zu betrachten ist, wenn auch die Inflorescenzen nicht, wie bei dieser, gebüschelt in den Achseln der Blätter auftreten. Es finden sich übrigens derartige Inflorescenzen, wie an einem von Martius gesammelten (unter n. 145 inbegriffenen) Exemplare der *P. meliaefolia* zu sehen, wenigstens an den älteren, etwa bleistiftdicken Stämmchen über den Blattnarben. Auch die Nebenblättchen treten mitunter, ähnlich wie bei *P. hispida*, stark vergrößert und verbreitert auf, übrigens nicht trockenhäutig, sondern laubig (besonders bei den Exemplaren aus Argentinien). Die Zusammensetzung des Blattes und die Zartheit der Blättchen ist bei beiden Arten dieselbe. Ferner kommt die Forma *hirsuta* auch in der Behaarung der *P. hispida* nahe. Die Pflanze bildet in ihrem Anschlusse an *P. hispida* gleichsam das Uebergangsglied von den Arten mit büschelig gehäuften Inflorescenzen zu denen mit vereinzelt Inflorescenzen innerhalb der Gruppe der mit schmalen Fruchtlügeln und einfachem Holzkörper versehenen Arten der Section.

## 92. *Paullinia gigantea* Poepp.

*Paullinia gigantea* Poeppig et Endlich. Nov. Gen. et Spec. Plant. III (Decemb. 1844) p. 37, n. 4!

— — Walpers Repert. II (1843!!) p. 814, n. 4.

— — Radlkofer in Monogr. Serj. (1874—75) p. 74 n. 100 etc. (v. indic.).

Scandens, fruticosa, hirsuta; rami (integri non visi) flavescenti-hirsuti; corpus lignosum simplex (?); folia 5-foliolato-pinnata, maxima; foliola elliptica, inferiora late ovata, apice breviter acuminata, basi terminale cuneatum, lateralia rotundata, omnia remote repando-dentata vel interdum subintegerrima, sessilia vel breviter petiolulata, chartacea, clathrato-venosa, supra non nisi in nervo mediano hirta, subtus undique praesertim in nervis hirsuta, glandulis microscopiceis cernuis crebris obsita, punctis pellucidis nullis, utriculis laticiferis saepe ramificatis pellucidis subtus instructa, epidermide non mucigera; rhachis nuda; stipulae magnae, scariosae, e basi lata sensim subulato-acutatae, integerrimae; thyrsi solitarii, pilis flavis dense hirsuti; bractae bracteolaeque conspicuae, subulato-lanceolatae; flores robusti, pube canescenti vestiti; capsula, si verbis Poeppigii uti licet, „in herbario desideratur, in schedis olim conscriptis vocatur subglobosa, alis brevibus cincta, hirta“.

